tur oē id quod intellectu quoquomō capi pōt. Secūdo mō prout tñ substantiis puenit: sic natura dī eē qd agere vel pati pōt. Tertio mō dī natura quod ē pncipiū motus et geris in eis in quibus per se ē: et non sū accidens. Quarto mō vnūquodqz in formās specificas dīa dī natura. Secūdo igitur: et tertio mō peccata natura dici non possunt: qz in genere sbe n̄ sunt vt dictū est: neqz iterū pncipiū motus sunt: s; potius motus vel actiōes quedā. Et qd plus ē ē tertio mō accipiēdo naturā: nec sū naturam dici possunt: qz peccatum in nulla re accidit nisi sū recessum ab eo quod naturaliter sibi inest. vnde et peccatum hoīs ē per recessum a rectitudine rōnis que naturaliter homini puenit. sed primo mō et quarto quodāmodo pōt dici natura peccatum: et quodāmodo non: qz sū qd ē actus quidam est ens quoddam quod intellectu capi potest: et aliqua dīa ad speciem determinatur: sed in quātū rationem peccati habet ex p̄uatiōe rectitudinis neqz ens est neqz dīam habet: sed per p̄uatiōem debite forme dī. Simpliciter autē et nomē rei dupliciter sumitur. simpliciter enī dicitur res quod habet esse ratum et firmum in natura: et dicitur res h̄ modo accepto nomine rei sū qd habet quidditatem vel essentiam quandā ens vero sū qd h̄ esse vt dīc Auic. distinguens entis: et rei significatiōē. S; qz res per essentiam suā cognoscibilis est: transumptū est nomen rei ad omne id quod in cogitatione vel in intellectu cadere potest sū qd res a reor reris dī et per hunc modum dīr res rationis que in natura ratum esse non h̄nt sū quēsi modum etiam negationes et p̄uatiōnes res dici possunt: sicut et entia ratiōis dīr vt cōmentator in quarto metha. dicit. Primo ergo modo sumendo nomen rei peccatum in quantum ē actus est res quedam: sed in quantum peccatum est: ex p̄uatiōe ordinis debet non est res quedam: sed p̄uatiō: p̄uatiō autem res nature non est: sed ratiōis tantum. vnde secundo modo accipiēdo rem quātū ad vtrūqz peccatum res est. s. et in quantum est actus et in quantum p̄uatiōi subicitur. Ad primū ergo dō qd illa obiectio procedit de sba sū qd significat rem p̄ mi predicamentis: et hoc modo sumendo sbam peccatum nullo mō sba est. Ad secundum dicendum: qd esse in natura aliquid dicitur dupliciter vel sicut p̄ nature siue aliquid aliud ad perfectionē nature pertinens: et hoc modo malum nō est in natura neqz vniuersali neqz particulari. Vel potest intelligi aliquid esse in natura: sicut in sbo: et hoc modo oportet qd subiectum huiusmodi p̄uatiōis que malum est natura quedam sit: vt hoc modo malum in natura esse dicitur. et ideo oportet actum illum in quo deformitas fundatur sicut in sbo naturam quandam esse. Ad tertium dō: qd illud qd naturā vnā corrumpit pōt eē natura alterius: sicut natura ignis corrumpit naturā aq. vñ nō ē in cōueniēs vt actus quo nā hoīs corrumpit natura alterius animalis perficiat aliqd enī est vituperabile in homine quod est laudabile in leone vel cane. et ideo non est inconueniens vt actus ille natura aliqua ponatur vel etiam sū naturā non quidem hominis: sed alterius. Ad quartum dicendum: qd quis p̄uatiōe qua peccatum malus dicitur p̄uēf forma per quā act⁹ i genere moris bonitatem habet: non tamen p̄uatur forma illa p quā in genere actus remanet. et ideo secundum illam formam res dici potest in quantum actus est res quedā. Iterum etiam illa p̄uatiō accipitur vt forma eius

sū qd in considerationem rationis venit. et ideo ex te p̄uatiōis potest dici res sū qd res a reor reris dicitur. Ad quintum dicendum: qd impossibile ē aliqua rem esse que omni ordine destituatur. vnde et in ipso actu peccati vt res quedam est remanet ordo aliquis et ad agentē et ad fines aliquem intentum ab agente quod est extimatum bonum: quis p̄uēf ordo a fine debito: quam etiam inordinatiōem deus inordinatam non relinquit: sed per penam ordinat.

Ad secundum sic proceditur. Videtur qd nō omne ens a deo sit. verum enī et ens cōuertuntur: sed aliquem peccare est verum quod non est a deo. ergo non omne qd est a deo est. Preterea. quicquid est a deo per verbum factum est: sed forma hominis in ydolo non est facta per verbum vt Augustinus dicit: et tñ formā hominis in ydolo ens quoddam est. ergo non omne ens a deo est. Preterea de quocūqz vere potest dici qd est: ipso ē ens: sed verum est dīe deformitate peccati esse. ergo deformitas peccati est ens: sed deformitas peccati nō est a deo. ergo non omne ens est a deo. Preterea. omne quod est a deo in aliquo similitudine eius retinet: qz vt dīo. dicit secūdo ca. de di. no. cāta habz carum suarum contingentes imagines: sed quedam sunt que hominem dissimilem deo reddunt. ergo nō omne qd est a deo ē. Preterea. cuiuscūqz agētis opatio reducitur in aliquod aliud agens sicut in cām illud nō est agens per seipsum: sed qdā sunt qd se ipsa agunt que. s. dīum suorum actuum h̄nt vt agentia a p̄posito. ergo opationes eorū non reducuntur in agens aliud prius eis: sicut in cām: sed operationes ille entia quedam sunt. s. nō oia entia sunt a deo cāta. Contra. Boetius dicit i li. de eb dogm. qd res alte dīr bone in quātū a primo et sumo bono sunt qd deus est: qd ergo a deo nō ē bonū nō ē: si qd aliqd ens sit qd a deo non est illud omnino bonus non erit: sed quod est omnino carēs bonitate ē summū malū. qd erit ponere sū mū malū: et ita erūt plura pncipia p̄ma. Preterea. oē ens qd nō h̄z cām ipsum ē p̄mū simplr: et cā m: sed hoc est impossibile eē nisi vñ. qd oē aliud ens cām h̄z: sed qdqd ē cātum p opationē cāe siue in eē p̄ductus ē aut ergo illa cā ē p̄ma aut cā scda: si ē cā p̄ma non h̄ns aliam cām talis cā solus deus ē. ergo hoc ens b̄ quo loquimur erit a deo. Si autem est cā secunda ergo cā prima vehementius agit in cātū eius qd ipse agat in illud. ergo omne ens a causa prima p̄cederet que deus est. Respōdeo dō: qd ens inuenit in pluribus sū prius et posterius. Illud tñ verissime. et primo dī ens cuius esse est ipsum qd ē: qz esse eius nō ē receptū: s; p se subsistēs. In oibus autē qd h̄z prius et posterius: dīr p̄mū eorū qd sunt pōt eē cā: et per se dictū est cā eius: qd p p̄cipationē dī: et ideo oqz qd illud ens quod non per p̄cipationem alicuius esse quod sit aliud qd ipsum dicitur ens quod primum inter entia est: sit causa omnium aliorum entium: alia autem entia dīr per posterius in quantum aliqd esse p̄cipant quod non est idem quod ipsa sunt: et hec procedunt vsqz ad vltima entium: ita qd quacūqz rationem essendi aliquid habet non sit sibi nisi a deo: sed defectus essendi sit ei a seipso. Ad primū ergo dō qd verum dupliciter potest cōsiderari: vel sū qd fundatur in re: et hoc mō hoc dī istū peccare nō h̄z veritatē imo pot⁹ p recessum a veritate peccatū incidit si sumatur veritas que in re est per quam quis implet id quod a deo ordinatum est. Vel sū qd completur

operatione aie ppositionem formantis in qua est veritas, put significat vel intelligit rem eo modo quo est: et sic hoc quod est ipsum peccare est quoddam ens ratio nis aut verum dicitur: et sic a deo est non, enim nisi a deo esse potest talis rectitudo vel intellectus rem accipiat eo modo quo est: et eodem modo verbis eam exprimat. Ad secundum dicitur: quod forma hominis in ydolo potest dupliciter considerari vel secundum quod est figura que dam: et sic proculdubio a deo est a quo omnis forma est, vel secundum quod est ordinata ad id quod decens eam ordinari: non est vel pueniens sibi, scilicet ad hoc ut adoretur: et secundum hoc a deo non est: quod secundum hoc nihil est: cum secundum negationem debiti versus hoc dicatur. Ad tertium dicendum quod ut supra dictum est ens dicitur dupliciter, vno modo quod significat essentiam rei extra animam creatam: et hoc modo non potest dici ens deformitas peccati que priuatio quodam est, priuationes enim essentia non habent in rerum natura. Alio modo secundum quod significat veritatem ppositionis et sic deformitas dicitur esse non propter hoc quod in re esse habet: sed quod intellectus componit priuationem cum sibi sic cur formam quamdam. Unde sicut ex compositione forme ad sibi: vel ad materiam relinquitur quoddam esse substantiale vel accidentale: ita etiam intellectus compositionem priuationis cum sibi propter quoddam esse significat: sed hoc esse non est nisi esse rationis cum in re potius sit non esse: et secundum hoc quod in ratione esse habet constat quod a deo est. Ad quartum dicendum: quod in creatis contingit esse similitudinem dei sicut quacumque perfectionem participatam, et quanto perfectio est nobilior tanto secundum eam attenditur similitudo expressior, contingit autem ut aliquid similitudinem dei amittat quantum ad ulteriozem perfectionem quod quantum ad primam perfectionem similitudinem retinet, vnde in istis sicut verba dicitur esse participatio diuine bonitatis sicut obscuram resonantiam: sicut patet in peccato, quia in actu peccati est aliquid similitudinem diuinae retinens pura corporalis delectatio: vel aliquid huiusmodi a summo bono exemplatum: quibus non sit ibi similitudo summi boni que est per gratiam, et ideo secundum hoc quod similitudinem dei retinent talia entia a deo sunt, secundum vero quod a dei similitudine recedunt, nec etiam entia sunt: nec etiam a deo sunt: cum omne ens in quantum est ens primo enti simileur. Ad quintum dicitur: quod operatio illius agentis quod per se agit: et ut in primo agens sit in causam reducat: quibus, n. huiusmodi entia per se agant: quod per propriam naturam et proprium iudicium actus suos determinat: non tamen a se habent quod agant sed a primo agente quod eis et esse et posse et agere confert.

Et inde queritur de causa peccati. Et circa hoc duo queruntur. Primo: utrum ipsius peccati deus causa sit absolute loquendo. Secundo: utrum sit causa actus in qua deformitas culpe consistit secundum quod actio est.

Ad primum sic procedit, videlicet quod simpliciter peccati deus causa sit, quod ut in glo. ad Ro. ix. dicitur. De opere ratur in cordibus hominum: et inclinatur voluntates eorum in quodcumque voluerit siue in bonum siue in malum, sicut ex hoc dicitur bonorum operum: quod voluntatem hominis in bonum inclinatur, ergo et eadem ratione potest dici actor peccatorum: que sunt mala opera. Preterea, quicquid est causa causa est causa causa: sicut peccati causa est voluntas peccantis, cum igitur voluntas causa sit deus: ut quod peccati. Preterea, in eadem causa reducitur saltem et piculit alicuius. Idem, n. nauta est causa salutis et piclitationis nauis, ut in secundo physice, dicitur. sed deus est causa salutis humane que per bona opera, ergo et causa piclitationis aie sit per peccatum: ut quod et deus sit peccati causa. Preterea, quicquid opera

tio puenit rei secundum hoc quod sibi a deo datum est: a deo est: sicut operatioes que sunt peccati pueniunt homini secundum inclinationem virtutis sensibilium que homini a deo sunt date, ergo et peccati hominis in deum: sicut in causam reducitur. Preterea, peccati est tenebra spiritualis, sicut tenebrae sunt actor est, sicut in v. for mans lucem et creas tenebras, ergo peccator deus causa est. Contra, fulgetius dicit, Illius rei deus est vltor: et non est actor: sed peccati est vltor, ergo eius non est actor. Preterea, quicquid sit deo volente: sit deo actore et eorum: sicut mala non sunt deo volente, ergo nec eo actore. Respondeo dicitur: quod peccati actor: deus nullo modo dicendus est, quod n. agit propter finem non deficit a fine: nisi propter defectum alicuius vel sui ipsius vel alterius: et ille in quo inuenitur defectus: erit causa obliquationis a fine: siue sit ipsum principale agens vel materia vel instrumentum agentis: vel quicquid aliud, et ideo illud in quo nullo modo defectus cadere potest: non potest esse causa recessus a fine in his que ad finem ordinata sunt, cum igitur peccatum dicatur propter inordinationem a fine ad quem natura rationalis ordinata est: non potest esse causa peccati deus in quo nullus defectus cadere potest: sed oportet quod peccatum causetur ex defectu illius agentis: quod est possibile ad defectum: sicut est voluntas rationalis creature.

Ad primum ergo dicitur: quod deus non eodem modo inclinatur voluntatem in bonum et in malum. Inclinatur sicut voluntatem in bonum administrando virtutem agendi et directe mouendo ad bonum: sed ad malum dicitur inclinare in quantum gratiam non prebet per quam quis a malo retraheret et non quod directe voluntatem in malum ordinet. Ad secundum dicitur: quod peccati refertur in voluntatem sicut in causam et quibus voluntas sit creata ab eo in quantum est quodam ens: non tamen quantum ad hoc quod defectus ex ipsa incidere potest, et n. polis ad defectum ex hoc quod ex nihilo est, quibus autem sit causa voluntatis facies eas ex nihilo: hoc tamen quod est ex nihilo esse non habet ab alio sed a se, vnde secundum hoc non habet causam aliam, et ideo defectus qui sequitur ex ea secundum quod ex nihilo est: non oportet quod in ulterioze causa reducatur.

Ad tertium dicitur: quod natura est causa periculi nauis per suam absentiam: deus autem quantum in se est nulli absens est: sed peccator absens est a deo, et ideo ipse sui peccati causa est in quo periclitatur et non deus.

Ad quartum dicitur: quod concupiscibilis et irascibilis a deo homini date sunt: ita ut rationi subdantur. Unde si quis eis vratur secundum illum ordinem per a deo date sunt talis operationis deus actor: erit: sicut in hoc peccati esse non poterit. Si quis autem eis vratur preter rationis ordinem talis abusionis deus actor non erit: quod in hac peccati est. Ad quintum dicitur: quod peccatum dicitur spiritualis tenebra effectiue quod, sicut metes obtenebrat eam lumine gratie pians, non autem tenebre penam potius designat, vnde etiam tenebre deus actor est: sicut et aliarum penarum: ut infra ostendetur.

Ad secundum sic proceditur, videtur quod actio peccati in quantum est actio a deo non sit, omne enim, quod est a deo bonum est, et omne bonum alicui bonum est: quedam autem peccati sunt quorum actus nullius boni sunt: quod et facti nocent et ei in quem fiunt, ergo tales actus nullo modo a deo sunt. Preterea, quicquid est causa actionis in qua deformitas fundatur secundum quam actio mala dicitur est mouens et cooperans ad malum: nihil enim operatur ad malum nisi secundum quod talem actionem producit, sed deus nullo modo ad malum cooperari debet dici, ergo illius actionis in qua malum consistit separabiliter causa dicendus non est.

C Pre. bonarum actionum deus non est actor: nisi scilicet quod deus potentie agendi efficaciam conferat: quod determinatio operis ex lib. arbi. est ut supra habitus est. si igitur deus ipsarum actionum malarum inquantum actiones sunt a potentia egredientes causa esset: eodem modo dicendus esset actor malarum actionum sicut est actor bonarum. **C** Pre. quod conuenit alicui scilicet per genus et differentiam suam constitutiuam: conuenit sibi per suam essentiam: quia essentia rei his significatur. sed quidam actus sunt qui ex genere suo mali sunt ut supra habitus est. et quidam qui ex differentia per quam in speciem contrahuntur. ergo per eandem suam mali sunt: et ita nec etiam in quantum sunt a deo sunt. **C** Pre. rei non assignatur causa efficiens sed quod est in intellectu: sed scilicet quod est in re. sed quidam actus sunt in quibus non potest separari illud quod est de natura actus a deformitate: nisi scilicet per intellectum: quia bene fieri non possunt. ergo non causantur nisi scilicet quod stant sub illa deformitate: sed ut sunt sub deformitate non sunt a deo. ergo nullo modo a deo sunt. **C** Contra. omne bonum a deo est. sed quedam peccata sunt que habent malitiam ex aliqua circumstantia superueniente: et tamen actus sunt boni ex genere ut dare elemosinam propter inanem gloriam. ergo horum in quantum sunt actus quidam deus causa est. **C** Pre. quicquid non est causa operationis per quam aliqua substantia in esse producit: non est causa illius substantie: sed per aliquam actionem peccati substantie quedam in esse producuntur. sicut per adulteria et fornicationes homines generantur. si ergo harum actionum deus causa non est in quantum actiones sunt: tunc nec hominum qui per has actiones generantur est causa: quod est absurdum. **C** Respondet dicitur. quod circa hanc questionem tangitur a magistro due opiniones. una quarum dicebat omnes actus in quantum actus sunt ex deo esse: sed quod in quantum deformitatem habent a deo non sunt sed ab homine vel diabolo: et horum rationes supra. xxxii. dist. profectus est. Alia opinio dicebat actus peccatorum nullo modo: nec etiam in quantum actus sunt a deo esse. et hec opinio tangitur in presenti dist. quam ad presens nulli vel pauci tenent: quia propinquissima est errori duplici. Primo: quia ex ea videtur sequi quod sint plura prima principia. hoc enim est de ratione primi principii: ut agere possit sine auxilio prioris agentis et influentiam eius. unde si voluntas humana actionem aliquam posset producere: cuius actor deus non esset: voluntas humana rationem primi principii haberet: quibus soluere habitantur dicentes quod voluntas et si per se possit actionem producere sine influentia prioris agentis: non tamen habet a se esse: sed ab alio: quod etiam erigeretur ad rationem primi principii. sed hoc videtur inconueniens: ut quod a se esse non habet: a se agere possit: cum etiam per se durare non possit: quod a se non est. Omnis etiam virtus ab essentia procedit et operatio a virtute. unde cuius essentia ab alio est: oportet quod virtus et operatio ab alio sit. **C** Et preterea. quis per hanc responsionem euitaretur quod non esset primum simpliciter: non tamen posset vitari quin esset primum agens si eius actio in aliquod prius agens non reduceretur sicut in causa. Secundo: quod cum actio etiam peccati sit ens quoddam non solum scilicet per priuationem et negationem entia dicuntur: sed etiam scilicet per res in genere existentes entia sunt: eo quod et ipse actiones in genere ordinantur: sequitur si actiones peccati a deo non sunt: quod aliquod

ens essentiam habens a deo non esset. et ita deus non esset vniuersalis causa omnium entium: quod est contra perfectionem primi entis. Primum enim in quo libet genere est causa eorum que sunt post: ut in secundo metha. dicitur. Et ideo cum prima opinio dicitur est: quod actus in quantum actus a deo est. et ut sic non habet aliquid quod deformitate habeat: quod qualiter sit ita considerari potest. In omnibus enim in quibus incidit defectus ex causa secunda et non ex causa prima: oportet quod quicquid est in effectu deficiente entis et bonitatis totum a prima causa procedat: quod autem defectus reducatur in causam secundam deficientem ut patet in claudicatione que est a virtute gressiva: mediante tibia: per cuius scilicet tibi curuitatem obliquitas in gressu claudicantis retinetur. unde quicquid est ibi de gressu totum est a virtute gressiva: sed defectus vel obliquitas gressus non est a virtute gressus: sed a tibia tantum. Similiter etiam est ordo dei ad voluntatem causatam: sicut cause prime ad causas secundam. Ideo ex parte dei nullus defectus incidere potest. Voluntas autem causata ad defectum possibilis est. et ideo quicquid est in actu deficiente. scilicet peccato de ratione actus et entis et boni totum. hoc a primo agente. scilicet deo procedit mediante voluntate. sed ipse defectus qui est in actu hoc modo est a voluntate quod a deo non procedit. et ideo quodcumque nomen deformitatem simul cum actu significat siue in generali siue in speciali non potest dici quod hoc a deo sit simpliciter. unde non potest dici absolute: quod peccatum sit a deo ut homicidium aut aliquid huiusmodi: nisi cum hac additione in quantum est actus et in quantum est ens. **C** Ad primum ergo dicendum. quod cum dicitur actus peccati nulli bonus esse habet conuenit sibi secundum quod sub deformitate consideratur: et hoc modo non reducitur in deum sicut in causam. nullus tamen actus est secundum se consideratus secundum hoc quod bonus est alicui etiam bonus non sit sicut actus fornicationis in quantum est delectabilis est bonum concupisibile. **C** Ad secundum dicendum: quod illud dicitur ad malum cooperari quod inclinatur ad actionem secundum quod actio deformitati substat: unde mala est. hoc autem deo non conuenit. et ideo non oportet ut ad malum cooperari dicatur: quibus actionis illius causa sit in qua malum consistit secundum quod influit agenti esse posse et agere: et quicquid perfectionis in agente est. **C** Ad tertium dicendum: quod deus dicitur causa bonarum operationum: non solum quantum ad essentiam actus sed etiam quantum ad perfectionem scilicet per quam bone dicuntur. utrunque enim agenti influit: et ut agat et ut bene agat. sed in malis actionibus quibus sit causa earum quantum ad essentiam: non tamen est causa quantum ad defectum et ideo absolute dicendus est causa bonorum operum non autem peccatorum. **C** Ad quartum dicitur: quod sicut supra dictum est. xxxiii. di. ipsa priuatio qua aliquid malum dicitur: non potest esse differentia neque genus. sed vnus quisque actus specificatur et in genere ponitur per aliquid positive dictum: sed positionem utranque per quam. scilicet ponitur actus in genere vel in specie potest esse quod priuatio aliqua. et id quidam actus dicuntur mali ex genere vel ex eo quod in speciem trahit. **C** Ad quintum dicitur: quod sicut actio que peccati deformitatem habet dicitur bona in quantum est actio bonitatis nature: non propter hoc quod aliquando inueniatur separata a deformitate. sed quod bonitas illa nature deformitati substat ita etiam deus dicitur esse causa illius actus in quantum est

actio et non inquantum est deformatis hoc modo quod actio non faciat a deformatitate separata. sed quod in actioe deformati coniuncta hoc quod est actiois facit et quod deformatitatis non facit. et si enim in aliquo effectu plura inseparabiliter coniuncta sint: non oportet ut quod est causa eius actio ad unum sit causa eius actio ad alterum: sicut natura est causa oculi actio: ad substantiam eius: et non actio ad defectum cecitatis quod ex nature defectu cecidit.

Inde querit de causa pene. Et circa hoc queruntur duo. Primo: quod deus sit causa pene. Secundo: de quo per prius dicatur malum. scilicet de culpa vel de pena.

Primum sic proceditur. videtur quod pena a deo non sit. Omne enim malum contrariatur alicui bono.

sed pena est quoddam malum cum noceat. ergo alicui bono contrariatur. sed quod contrariatur bono non potest esse a summo bono: quod sit sumum bonum non esset actor: pacis: sed pugne et dissensionis: si ab eo contraria procederet. ergo pena non est a deo. **Pre.** omne quod est preter intentionem agentis incidit ex aliquo defectu. sed omne malum est preter intentionem agentis: ut dicitur. dicitur: quod nihil ad malum respiciens operatur. ergo omne malum est defectu aliquo incidit. sed quod incidit ex defectu non reduci potest in deum: sicut in causam ut supra dictum est. ergo nullus mali deus est causa: sed pena est malum. ergo non est a deo. **Pre.** quicquid non est causa actionis: non est causa illius quod per actionem cadit: ut dicitur est. sed multe pene sunt que aliquibus per aliorum peccata infliguntur: multi enim afflictionibus puniuntur per eos qui iniuste opprimunt: cum igitur culpe deus non sit causa: videtur quod nec omnis pena. **Pre.** quicquid est a deo in bonum tendit. sed quedam pene sunt que ad malum inelant: ut fomes et huiusmodi. ergo non omnis pena a deo est. **Pre.** cuius generatio bona est corruptio eius mala est. sed generatio gratie bona est: quod a deo est. ergo corruptio gratie mala est. sed corruptio gratie est quedam pena. ergo non omnis pena est a deo cuius deus tantummodo bonorum sit causa. **Contra.** Omne quod iustum est bonum est: et omne quod bonum est a deo est. sed omnis pena iusta est: ut Augustinus. probatur in precedentibus distinctionibus. ergo omnis pena a deo est. **Pre.** ad eundem pertinet remuneratio et condemnatio. scilicet ad eum qui iudicium de actibus habet bonis vel malis. sed premia reddere bonis operibus dei est. ergo et penas etiam infligere ipsius est. ergo omnis pena a deo est. **Respondeo.** pondere dicitur. quod pena duo habet in se. scilicet rationem mali secundum quod est alicuius boni privatio: et rationem boni secundum quod iusta est et ordinata est. Quidam igitur antiqui considerantes penam tantum ex parte illa in qua defectus est et malum: dixerunt penas a deo non esse: in quem errorem etiam Tullius incidisse videtur: ut patet in libro de officiis. Quisvismodi enim homines providentia dei ne gauerunt de humanis actibus. unde ordinem qui est in pena respectu culpe: non dicebant per providentiam divinam esse sed per iustitiam hominis penam infligentis: defectus autem qui est in pena non a deo ordinatum esse: sed ex necessitate causarum sedam incidere. ponebant enim deum res in esse produxisse: sicut produxit agens ex necessitate nature ut scilicet ex uno primo in quo nullus defectus est unum primum procederet ab eius perfectione distans: et secundum quod longior sit distantia ab uno primo per ordinem cause et causati magis dicebant defectum incidere. Nec autem positio erronea est: sicut in primo libro. dist. xxxv. patuit: ubi dictum est providentiam divinam ad omnia se extendere. Et ideo dicitur est penas a deo esse. nullo autem modo culpam a

deo esse. Quisvis utrumque malum dicatur: cuius ratio est quod unicuique rei assignatur causa agens secundum quod ab agente res illa progreditur. culpa autem ratione mali et defectus habet secundum quod ab agente suo progreditur: quod actionem suam in debitum finem non ordinat. et ideo culpe causa assignari non potest: nisi talis in que defectus cadere possit. Pena autem non habet rationem mali vel defectus secundum quod ab agente procedit: quod per ordinem actionem agentis pena infligitur: sed habet rationem defectus et mali in ipso recipiente actionem tantum quod per iustam actionem aliquo bono privatur. et ideo pene deus est actor: diversimode vero diversarum. quedam enim est pena damni: ut subtrahit gratiam et huiusmodi. et harum penarum deus causa est: non quidem agendo aliquid sed potius non agendo: ex eo enim quod deus gratiam non influit consequitur in isto genere privatio. quedam vero pena sensus est que per aliquam actionem infligitur: et habet etiam agendo deus actor est. **Ad primum** ergo dicitur: quod unum bonum particulare contrariatur alii bono particulari: sicut calidum frigidum: et utrumque a deo est: nec tamen sequitur quod deus pacis actor non sit: quia ipsa etiam contrario: pugna ad aliquam unionem ordinatur: qua scilicet ad formam mixti conveniunt: et etiam secundum quod in universo per modum cuiusdam consonantie ordinantur. ita etiam non est inconveniens ut quis bonum nature a deo sit quod etiam pena quod sibi contrariatur inquantum bona est a deo sit.

Ad secundam dicendum: quod nullum malum nec aliquis defectus a deo vel agente alio intentum est. sed omne malum et defectus incidit ex defectu aliquo vel ex defectu cause agentis ne ex defectu materie recipientis. malum enim culpe incidit ex defectu cause agentis. et ideo in causa agentem que deficere non potest reduci non potest. malum autem pene incidit ex defectu materie: quod sic patet ordinem iustitie iustus iudex in suis subditis ponere intendit: ille ordo non potest in peccata recipi: nisi secundum quod per defectum aliquem puniuntur. et ideo quis defectus ille ratione cuius pena malum dicitur a iudice intentus non sit: sed ordo iustitie: tamen iustus iudex pene actor dicitur quod pena ordinatum quod dicitur. et ita penam deus actor est. **Ad tertium** dicitur: quod quis actiois turpis deus non sit causa secundum quod deformati substantia est tamen causa eius secundum quod actio quodam est. et ideo potest dici causa eius: quod per illam actionem effectum est. **Ad quartum** dicitur: quod pena non inclinatur ad malum culpe directe per modum habitus et dispositionis: sed indirecte in quantum per penam privatur aliquid quod culpa retraheret. et hoc non est inconveniens: ut dicatur deus subtrahere illud quo quis a culpa conservabatur immunitatis. scilicet gratia. **Ad quintum** dicitur. quod quis corruptio gratie in se malum sit: tamen quod iste qui gratia indignus est gratia punitur: bonum et iustum est hoc modo a deo est ordinatum.

Ad secundum sic procedit. ut quod malum per prius dicitur de pena quam de culpa. Bonum enim cum sit in omnibus generibus per prius est in substantia quam in aliis: ut ex primo et libro. patet. sed malum pene privatur bonum quod est in substantia: sic mors que quedam pena est perfectionem substantiale privatur. sed malum culpe est malum in actione ergo per prius malum dicitur de pena quam de culpa.

Pre. perfectio secunda que operatio descendit a perfectione prima que est forma: sed supra dictum est quod pena opponitur perfectioni prime. culpa autem perfectio secunda que est operatio. sed malum per prius inveniuntur in pena quam in culpa.

Pre. sicut se habet premium ad meritum: ita se habet pena ad culpam. sed premium est magis bonum et per prius quam meritum. ergo et pena est magis malum

quod culpa, sed id quod est prius in his que sunt prius et po-
 terius dicitur: etiam maxime dicitur sicut ignis maxi-
 me calidus. unde quod primum est: est illud quod ma-
 gis dicitur: ut ex secundo methaphysice patet, ergo per
 prius dicitur malus de pena quam de culpa. **C** Ad idem:
 Sicut bonum in eo quod bonum desideratur: ita malum
 in eo quod malum vitatur, sed illud propter quod desi-
 deratur aliquid est magis bonum, ergo illud propter
 quod vitatur aliquid est magis malum, sed culpa vi-
 tatur propter penam, ergo pena est magis malum quam
 culpa: et sic idem quod prius. **C** Proterea, ut supra
 dicit Augustinus, malus dicitur aliquid: quod nocet, ergo cui
 verius conuenit ratio nocenti verius conuenit
 ratio mali: sed verius conuenit pene quam culpe: quod ve-
 rius est quod per essentiam dicitur quam quod per parti-
 cipationem denominatur: sicut albedo verius dicitur
 naturam albedinis quam album pena autem ipsum no-
 cumentum: sed culpa nocens denominatur dicitur, et
 ratio mali per prius inuenitur in pena quam in culpa.
C Contra, causa precedit causatum: sed malum cul-
 pe est causa mali pene, ergo prius est malum culpe quam
 pene. **C** Proterea, Dionysius dicit quarto capitulo
 de diuinis nominibus, quod puniri non est malum: sed si
 eri pena dignus non autem aliquis efficitur pena di-
 gnus nisi per culpam, ergo magis proprie culpa ma-
 lum dicitur quam pena. **C** Respondeo dicitur: quod malus per pri-
 us de culpa dicitur quam de pena: et magis culpe quam pe-
 ne ratio mali conuenit: cuius ratio assignatur a qui-
 busdam ex parte boni quod per malum priuatur, di-
 cunt enim quod per culpam separatur aliquis a fine vlti-
 mo quod est summum bonum in quo primo ratio boni
 inuenitur, unde et in malo quod ab ipso sepat primo
 inuenitur ratio mali in pena autem consequenter que
 bonum nature causate priuat quod est a summo bono de-
 ductus: sed ista ratio videtur insufficiens: quod culpa et
 pena non differunt secundum illud bonum quod per vtrumque pri-
 uatur: quia illud idem bonum quod actiue culpa pri-
 uatur est illud cuius passiuam priuationem pena quedam
 est, unde et subtractio gratie per quas anima deo con-
 iungitur: et carere visionis diuine pene quedam sunt:
 sed ratio assignata non tangit nisi penas corporales
 unde non est vniuersalis: et ideo huiusmodi rationem
 oportet aliter inuenire et propria ratione culpe: et ex
 propria ratione pene. Sciendum est igitur quod ratio bo-
 ni a fine sumitur, ut ex secundo methaphysice patet: finis autem
 est perfectio agentis in quantum est agens eo quod finis
 mouet agentem ad operandum, unde finis: et etiam obli-
 quatio a fine per prius comparatur ad agens quam ad pa-
 ciens, et ideo illud malum quod rationem mali habet habet
 quod ab operante est propinquius se habet ad finem quam il-
 lud malum quod per actum operantis in aliquo pacien-
 te inducitur, unde prius est recessus a fine in culpa
 que rationem mali habet secundum quod ab operante quam in pena
 que rationem mali habet secundum quod in paciente efficitur de-
 factus quidam per aliquam actionem vel eiusdem vel
 alterius, eiusdemque ut pene que consequuntur statim ex
 actu peccati: sicut per actum culpe sequitur subtrac-
 tio gratie in peccante: et per prius est inordinatio
 actus qui est a peccante in quantum est agens ratio-
 nem mali habens quam ipsa subtractio gratie: que est
 malum pene, per actionem autem alterius: sicut pena
 que infligitur peccatori per actum iudicis. **C** Ad pri-
 mum ergo dicendum quod intensio vel remissio alicuius
 potest esse dupliciter, vel per se vel per accidens, per
 se quando est intensio secundum id quod ad naturam rei p-

tinet, per accidens autem quando dicitur magis mi-
 nus: non secundum magnitudinem que propria est rei que
 dicitur maior vel minor, sed secundum magnitudinem alterius
 sicut albedo dicitur maior vel propter intensiones prin-
 cipiorum albedinis vel propter magnitudinem super-
 ficiei: ita etiam magnitudo potest attendi in malo
 vel habere rationes proprias mali vel habere rationes boni
 quod priuatur per malum et illa est essentialior: malo
 que per se est quam que per accidens et hoc dico quod per
 se loquendo non dicitur prius vel posterius malum habet
 quod per ipsum prius et posterius bonum priuatur, sed secundum
 quod per prius rationes mali participat que est in rece-
 dendo a fine, unde non oportet quod malus pene per quod
 bonum substantiale priuatur sit magis malum simpliciter:
 vel per prius quam malum culpe quod est in actione.
C Ad secundum dicendum: quod perfectio prima se habet
 in duplici ordine ad operationes: quod ordinatio termi-
 natur ad perfectiones primas, et ideo operatio a per-
 fectione prima elicitor, et similiter etiam est de priua-
 tione perfectionis prime, pena autem nominatur priuatio-
 nes perfectionis prime secundum quod ad eas operatio termi-
 natur: quod pena dicitur effectus culpe, et ideo non oportet
 quod culpa per posterius malus dicatur. **C** Ad tertium
 dicendum: quod sicut premium est ordinatum meriti: ita et pe-
 na est ordinata culpe, unde vtrumque, scilicet premium et pe-
 na quandoque bonitate habent et hoc quod ordinatum est,
 unde non oportet quod si premium est magis bonum quam pena
 sit magis malum: sed minus in quantum habet aliquam pri-
 mitionem boni. **C** Ad quartum dicitur: quod culpa est propter
 se vitanda etiam si nulla pena sequeretur, unde virtus
 ostendit plus culpa quam pena fugit: ad quem oportet men-
 strare actus aliorum hominum: ut philosophus in ter-
 tio ethice dicit, **C** Ad quintum dicitur: quod quicquid inuenitur
 in causa et causato: per prius est in causa quam in causato
 unde cum hoc nocentum quod est pena sit per culpam
 inductum ratio nocuitatis prius inuenitur in culpa
 quam in pena: quibus pena sit ipsum nocentum: quod hoc ipsum
 quod pena nocentum est: a nocuitate culpe procedit, sed
 quod non sit actio vel voluntas etc. Istud inconuenienter
 dicitur, constat enim quod actio in quantum est actio non sepa-
 rat a vero esse: sed in quantum est inordinata, unde quod
 peccatum dicatur nihil: non est ratione actionis: sed
 ratione inordinationis: Sic de substantiis atque natu-
 ris etc. Ex hoc non plus habetur nisi quod substantia et na-
 tura vno modo accepta differunt ab actione bona et
 mala: et hoc verum est, Opera diaboli que vicia di-
 cuntur etc. dicuntur non esse res ex ea parte qua ha-
 bent quod vicia sint, scilicet ex parte priuationis, sunt ergo
 alique res quibus homines etc. Verus est sed non eis
 homines mali sunt in quantum sunt res: sed in quantum
 alicui priuationi subsistunt, Sed ergo mirum si deus
 dicitur etc. Ista obiectio nulla est: quod eius quod nihil
 est potest aliquid esse causa non quidem directe age-
 do sed mouendo prohibens: sicut claudens fenestram
 facit tenebras que nihil sunt dum mouet lu-
 cem quod tenebras prohibebat, ita etiam et priuationem
 aliquam que pena est deus efficere potest: quibus illa
 priuatio nihil sit non prebendo illud quod priuatio-
 nem prohibebat: sicut nec prebendo gratiam causat
 priuationem gratie, sed illum defectum prout in eo ra-
 tio culpe consistit non causare potest deus ut dictum
 est, Bonorum ista subintelligi volunt etc. Ista respo-
 sio nulla est: quia non minus est verum: quia omne
 ens est a primo ente: quam quod omne bonum est a primo bo-
 no, unde in quocumque inuenitur natura entis: inueni-

tur natura boni. et ideo opz omne ens absolute a deo esse. Iniquitas quippe ipsa nō est substantia etc. Hic accipit Augu. subam nō put significat rem primi predicamenti: sed put significat eēntiam rei in quocūq; genere existentis. Iniquitas. n. ex parte defect: vñ iniquitatis rationez habet: essentia caret. Si autem acciperet substantiam sūm q; significat predicamentū primum equaliter: verum esset q; iustitia non ē suba: sicut q; iniquitas non est substantia.

Distin. Trigesimo octaua.

De voluntate et fine ex quo et ipsa iudicat.

S predicta de voluntate et eius fine differendum ē. Sciendum igitur est q; ex fine suo: vt ait Augu. voluntas cognoscitur: vtum recta an praua sit. finis autē bone voluntatis beatitudo est: vita eterna deus ipse. Male vero finis ē aliud. s. mala delectatio vñ aliquid aliud i quo nō vñ voluntas quiescere. Finē bonū inuauat propheta dicēs. Vidi finem omnis cōsumationis etc. Charitas ergo cuius latū mādatum est: finis quidez omnis cōsumationis est. i. omnis bone voluntatis et actionis: ad quam omne preceptū referendus est: Vñ Augu. in enche. Omnia precepta diuina referuntur ad charitates: de qua dicit Apostolus. precepti finis est charitas de corde puro et cōscientia bona et fide non ficta. Omnis itaq; precepti finis charitas ē. i. ad charitatē referē omne preceptum: qd vero ita fit: vel timore pene vel aliqua intentiōe carnali: vt nō referatur ad charitatē que est dilectio dei et proximi: non dum sit quēadmodum fieri oportet: quis fieri videatur. Tunc enī recte fiunt que mādat deus: et que consilio monet: cū referūt ad dilectionez dei et proximi. Hīs verbis apertissime insinuat quis sit rectus voluntatis finis siue actionis. s. charitas que et deus est vt supra ostendimus.

Qd deus est finis oīs bone actiōis: quia charitas est. nec tñ. s. s. sed et christus et pater. nec hī sūt tres fines: sed vnus.

U ergo charitates sibi ponit finem: q; deum sibi ponit finem. Unde et christum finem legis ad iustitiā dicit apostolus eē omni credēti. et recte dī xps finis legis ad iustitiā. q; vt ait Augu. in l. b. sūiaz pro sper. i. xpo lex iustitiē nō cōsumitur sed impletur. Dis. n. perfectio ex ipso est: vltra quē non est quo spes se extēdat. Finis fidelīū xps est. ad quem cum peruenerit currentis intentio: non habet quo possit amplius inuenire. sed

Trigesimo octaua.

habet in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atq; supremus deus est p. f. et filius et. s. s. neq; hī tres sunt tres fines: sed vnus finis q; nō tres dii: sed vnus deus.

Qd omnes bone voluntates vnū habēt finem: et tamen quedam bone diuersos fines sortiuntur.

Ed queritur vtum oēs bone voluntates vnū tñ habeant finem. d hoc Aug. in l. xi. de tri. ita ait. Alie atq; alie voluntates suos p.rios fines habent: qui tamē referunt ad finem illius voluntatis qua beate viuere volumus: et ad eā puenire vitam que nō referatur ad aliud sed amāti per se ipsa sufficiat: quemadmodum voluntas vidēdi finē habet visionez et voluntas vidēdi fenestras: si nem hz fenestre visionez. Altera vero est voluntas per fenestrā vidēdi trāsēntes: cuius certe finis est transeuntīū visio. Ad quod et p. dicte referuntur voluntates. Itē recte sūt voluntates et oēs sibi met religate: si bona est illa ad quam cūcte referuntur: si at praua est: prauē sūt oēs. et iō rectaz voluntatum cōnexio iter quōdam est ascēdentiū ad beatitudines: qd certus velut passibus agit. Prauaz atq; distortaz voluntatum implicatio: viculum est quo alligabit qui hoc agit: vt p.iciatur in tenebras exterior. his auctoritatuz testimoniis euidenter monstrat plures infidelibus esse voluntates rectas p.rios ac diuersos fines hātes: et tñ vnū cūdemq; q; oēs referuntur ad vnū qui est finis finium: de quo paulo ante diximus: ita eōuerso forte est et in malis.

Quedā huic finie vident aduersari

Erūtamen huic finie q; dictū est fidelium quasdas rectas voluntates fines diuersos sorti: et tamen ad vnū referri. vñ obuiare qd alibi Aug. monet: ne. s. nobis duos fines cōstituamus: ita i quiens. i. l. de sermōe domini i mōte. Nō debem⁹ ideo euāgelizare vt māducemus: s; iō māducare vt euāgelizem⁹: vt cib⁹ nō sit bonū qd appetit⁹: necessariū qd adiicit⁹ vt illud impleat. Querite primū regnū dei: et hec oia adiicient vobis. nō dixit primū querite regnū dei: et deinde q; rite ista quis sint necessaria. s; ait: hec omnia adiicient vobis. i. hec cōsequētur: si illa queratis ne cū ista q;ritis illinc auertamini. aut ne duos fines cōstituatis vt et regnum p.pter se appetatis et ista necia p. illud. ergo p. regnū dei tñ debem⁹ oia opari: nō solā: vel cum regno dei mercedē t. palē meditari. Ecce hic aperte dicit ne duos fines nobis cōstituam⁹: sed vnū tñ. i. regnū dei: cuius supra dixerit b. d. voluntates alias et alias p.rios habere fines.

Hic ostenditur quomodo licet videat nō repugnent predicta.

Ec aut sibi non repugnare aduertit: qui verbis pmissis simplici oculo diligēter intendit qui enī dixit ne duos fines nobis constituamus: sed oīa pp regnū dei faciamus ipse pmissit q̄ debemus mādu care vt euāgelizemus. Cū aut hoc ita facim⁹ actiōis illius finē euāgeliz⁹ cōstituimus. s; et hūc finem ad regnū dei referimus. Adūcamus enī pp euāgelizū. ⁊ māducamus ⁊ euāgelizamus propter regnū. Duos ergo fines i māducādo nobis cōstituimus. sed ista faciētes: nūqd peccamus: absit. Nam ⁊ ipse sic facere suadet si diligēter eius verba inspiciamus. Cū ergo ait: ne duos fines nobis cōstituamus: fines in diuersa tendentes intelligi voluit. s. quorum alter ad alterū nō referatur. Ita ⁊ cum dicit propter regnum dei oīa tātū agenda: ne cum ipso mercedem temporalem meditandam: ita intelligendum est: vt nō appetēdo meditemur cum regno mercedem tēporalem: ita q̄ non propter regnum: sed propter se: vt. s. regnū pp se appetatur: ⁊ ista propter illud sicut ipse docet. Si enim petimus vitam eternam: petimusq; etiam temporalia a deo. si ea petimus propter vitam eternā: nō offendimus. neq; sinistra tunc scit quid faciat dextera: quia mercedem temporalem non propter se meditatur: sed propter regnū dei vt sit leua sub capite ⁊ dextera in amplexu. Alioquin si hec temporalia propter se querimus sicut eterna: misceat dextere sinistra. Jōq; cum dominus dixerit. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alibi ait. Sic luceāt opera vestra bona coraz hominibus: vt glorifi. p. v. qui in cel. est. propter deum ergo oīa faciēda sunt vt omnia que facimus omniumq; fines ad euz referamus.

De differentia voluntatis intentionis ⁊ finis.

Olet etiam queri quid distet iter voluntatem ⁊ itentionē ac finē. Ad qd̄ dici potest: iter voluntatē ⁊ finē certo atq; euidēti mō distingui: quia voluntas ē: qua volumus aliquid. Finis vero voluntatis est: vel illud qd̄ volumus per quod impletur ipsa voluntas: vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio vero interdū pro voluntate: interdū p̄ fine voluntatis accipit: que diligēs ac pius lector in scriptura: vbi hec occurrerint discernere studeat. finis at̄ voluntatis ē delectatio bona vel mala: ad quā nitit̄ q̄sq; puenit

Unde Aug. sup illū locū psalmi. Scrutans corda ⁊ renes deus: sic ait. Deus solus scrutat̄ corda. i. qd̄ quisq; cogitat ⁊ renes. i. quod quēsq; delectat. Quia finis cure ⁊ cogitatiois ē delectatio. ad quā cura ⁊ cogitatioe nitit̄ q̄sq; peruenire. ⁊ paulo post. opera nostra q̄ sunt in dictis ⁊ factis possunt homines videre: s; quo animo fiant: ⁊ quo venire cupiant: solus deus videt: qui cum videt cor esse in celo ⁊ nō delectari nos in carne sed in domino. i. cuz bone sunt cogitationes ⁊ earuz fines dirigit iustum. Idem super alterius psalmi locum illum. s. In laqueo isto quem abs. comp. ē. pef. ē. dic. pes anime amor est. qui si prauus est: dicitur cupiditatis vel libido. si rectus. dicitur charitas. eō mouetur anima quasi ad locū quo tendit. i. ad delectationem bonā vel malam: quo se peruenisse per amorem letatur. Finis ergo voluntatis vt premissum est: dicitur ⁊ illud quod volumus: ⁊ illud propter quod volumus: ⁊ intentio ad illud respicit ppter quod volumus: ⁊ voluntas ad illud qd̄ volumus. At verbi gratia. Si velim esurientem reficere: vt habeam vitam eternam. Voluntas est qua volo reficere esurientem: cuius finis ē refectio esurientis. Intentio vero quā sic ad vitam peruenire volo. Finis autem si premus est ipsa vita ad quem ⁊ alius finis refertur.

An alia intentio sit voluntas.

Ed queritur vtrum ⁊ intentio talis sit voluntas. ⁊ si voluntas est: an in hoc opere sit vna atq; eadem voluntas qua volo habere vitam eternā: ⁊ qua volo reficere esurientem. Videtur nempe talis intentio esse voluntas: vt enim voluntas est qua volo reficere pauperem: ita ⁊ voluntas ē qua per istud volo habere vitam: ⁊ alia quidē videtur esse voluntas qua volo habere uitaz: ⁊ alia qua pauperi subuenire volo: sed ista ad illam re fertur. Nam ⁊ si hoc ita placet ut i eo cum aliqua delectatione uolūtas acquiescat: nondū tamen est illud quo tenditur. sed hoc ad illud refertur: ut illud putetur tamquam patria ciuis. Istud vero tamquam refectio uel mansio uiatoris. ⁊ sunt iste voluntates affectus siue mot⁹ menti: quib⁹ quasi gressib⁹ ⁊ passib⁹ tenditur ad patriam. Sicut ergo altera ē uolūtas uidēdi fenestras ut supra docēte Aug. didicim⁹: altera q̄ ex ista noctit̄ uolūtas per fenestras uidēdi trāseuntes: ita nōnullis alia videtur esse uolūtas elimosinas dādi pauperi: alia uolūtas habēdi vitam. alia

autem putant q̄ vna sit voluntas ⁊ hic ⁊ ibi. sed propter subiectorum multipliciter diuersitas memoratur voluntatum. Ceterum quodlibet horum verum sit illud nulli in ambiguum venit quin voluntas ex suo fine pensetur: vtrum sit recta: an praua: peccatum an gratia: ⁊ quin nomine intentionis aliquando finis: aliquando voluntas intelligatur.

Est predicta de voluntate eiusq̄ finere.

Postq̄ determinauit de actibus in quibus vna p̄t̄m̄ cōsistit in generali inquirens vtrum in quantum sunt act̄i sint boni ⁊ a dō.

Hic determinat de ipsis actib̄ in sp̄ali.

Et q̄ peccatū cōsistit i actu interiori ⁊ et exteriori iō diuiditur hec pars in duas. In prima determinat d̄ actu interiori voluntatis. In sc̄da d̄ actu exteriori. xl. di. Post h̄ de actibus adiciendū ⁊c. Prima in duas. In prima determinat de actu voluntatis ostendens. vñ in eo sit rectitudo ⁊ p̄t̄m̄ q̄ ex fine. In sc̄da inquirat q̄ho in voluntate possit eē viciū. xxxv. dist. Hic ostitur questio satis necessaria. Prima in duas. In prima ostidit q̄ rectitudo voluntatis est ex intentione finis. In sc̄da determinat de voluntate per comparationē ad intentionem ⁊ finē. ibi. Solet queri quid distet ⁊c.

Prima in duas. In prima ostidit q̄ bonarum voluntatū est vnus finis ex quo rectitudinē habent. In secunda inquirat vtrum ille vnus finis sit tñ rectorum voluntatum finis: an et possint eē alii fines. ibi. Sed queritur vtrum omnes bone voluntates ⁊c. Circa p̄m̄ duo facit. Primo ponit q̄ caritas ē finis bonarū voluntatū. Secūdo ostidit q̄ cū hoc fine deus ē finis. ibi. Qui vero caritate sibi ponit finē ⁊c. S̄ querit vtrum omnes bone voluntates ⁊c. Hic inquirat vtz possint esse plures fines rectorum voluntatum. Et diuiditur in tres. In prima determinat veritatem.

In secunda ponit obiectionē in contrariū ibi. Verum tamen huic sententie qua dictū est ⁊c. In tertia determinat eam. ibi. h̄ autem nō sibi repugnare ⁊c. Solet etiam queri ⁊c. Hic determinat de voluntate per comparationem ad intentionem ⁊ finem. Circa hoc duo facit. Primo ponit dictam comparationem. Secundo inquirat etiam vtrum intentio possit dici voluntas: ⁊ an intentio sit idem actus cum ea voluntate que communiter voluntas dicitur. ibi. Sed queritur vtrum ⁊ intentio talis ⁊c. Hic quinq̄ queruntur. Primo vtrum omnium rectorum voluntatū sit tñ vnus finis. Secundo quis sit ille. Tertio quid ē intentio. Quarto si sit eadem voluntas que est de fine que dicitur intentio: ⁊ que de his que sūt ad finē: que communiter voluntas dicitur. Quinto: si ex fine voluntas habet bonitatem.

Primum sic proceditur. videtur q̄ rectorum voluntatū non sit tñ vnus finis. Caritas. n. qua deum diligimus deus nō est vt in primo lib. ostensum est. sed rectorum voluntatum finis ē d̄ ⁊ etiam caritas vt in littera ostenditur q̄ ergo recte voluntates nō in vnum finē tendunt. C. Pre. vbi inuenitur gradus in referendo res ad finē: ibi nō ē vn̄ finis: sed in tribus personis inuenitur gradus dū cōsideratur relatio rerum ad finē. vnde Hylarius di p̄ cit. Caput omnium filius est: caput aut̄ filii deus est ⁊ ad vnum deū oia h̄ gradu referunt. cū igit̄ vnaque-

q̄ triū personarū rectorum voluntatū sit finis: vt i littera dicit: vñ q̄ recte voluntates i plures fines tendant.

C. Pre. sicut res naturales h̄nt sp̄es a forma: ita res morales h̄nt sp̄em a fine. vñ ⁊ fm̄ finē recte vel prae sūt vt in lra dicit: sed rectorum naturalium nō ē vna forma: ergo nec actuum moralium erit vnus finis ad quem dirigi debeat. C. Pre. illd̄ est finis actiois p̄pter qd̄ actio fit: s̄ vnus q̄ agēs cogitat i agēdo de eo p̄pter qd̄ agit: cū igit̄ multi rectorum actōes agētes actu d̄ dō nō cogitēt: videt q̄ nō oium rectorum actionū finis sit de: ⁊ ita diuersarū erūt diuersi fines fm̄ q̄ agētū sūt diuersae cogitationes de fine. C. Pre. illd̄ sine quo nō fieret aliqd̄ ē p̄pter qd̄ sit illd̄: s̄ multi sūt q̄ opa sp̄alia non facerent: nisi quedam temporalia consequerentur. ergo illa temporalia que consequi querunt: sicut finis op̄erū eorū ⁊ voluntatū: tñ nō d̄r in hoc peccare: q̄ vt Ap̄ls dicit. i. Cor. ii. Debet in spe qui arat arare loquens ad litteram in casu isto. ergo p̄ter deū ⁊ caritatem rectorum voluntatum p̄t̄ eē alius finis: ⁊ ita nō omnes recte voluntates in vnum tendūt. C. Lō tra. ois voluntas q̄ in diuersa tendit diuisa ē i plura: s̄ rectū cor diuisū nō ē: s̄ vnitū vñ. Sec. r. diuisū est cor eorū ⁊ h̄o iteribūt. s̄ recti cordis ē vn̄ finis vltim̄.

C. Pre. rō boni ē ex fine. s̄ vbi ē sumū bonū ibi est finis vltim̄. s̄ sumū bonū ē vnū tñ vt supra di. iii. p̄ba tū ē. ergo rectorum voluntatū est vnus finis vltimus.

R̄ndeo d̄: q̄ eodē ordine res referuntur in finē: quo p̄cedunt a principio eo q̄ agens vnusquisq̄ ordinat effectū suū in finē aliquem. ⁊ iō fm̄ ordinē agentium est ordo finium. In progressu autem rerū a principio inuenitur vnus rectorum principū p̄m̄ qd̄ cōe ē ois vñ sub quo inueniunt alia principia propria q̄ i diuersis sunt diuersa: ita etiā in referēdo res ad finē inuenitur vltimus finis oibus cōis qui est vltimus finis sed inueniuntur diuersi fines proprii fm̄ diuersitatem entium. bonum enim inuenitur in rebus fm̄ duplicē ordinem vt in. xi. metha. dicitur. s̄ fm̄ ordinem vnī rei ad rem aliam qui ordo similis est ordini quem p̄tes exercitus adinuicem habent: ⁊ alius est ordo rerum ad finem vltimum. q̄. s̄ est similis ordini exercitus ad bonum ducis. ⁊ q̄ res referuntur in finem vltimum cōmūnem mediante fine proprio: ideo s̄ diuersitatem finis proprii efficitur diuersa relatio rerū ad finem vltimum. Sic ergo d̄ est: q̄ sicut rerū omnium vnus est finis vltimus. s̄ deus ita ⁊ voluntatum omnium est vnus vltimus finis. s̄ deus: nullo minus tamen sunt alii fines proximi: ⁊ si fm̄ illos si res seruat debita relatio voluntatis in finem vltimum erit recta voluntas: si autē non: erit peruersa. debita autem non erit peruersa: debita autē relatio voluntatis ad finem vltimum saluator: fm̄ illum finem quo voluntas nata est vltimum finem participare in quo distinguitur a rebus aliis quo alio modo vltimum finem participant: ⁊ hec est caritas vel beatitudo. ⁊ ideo non solum deus: sed etiam caritas finis est omnium rectorum voluntatum. C. Ad primum ergo dicendum: q̄ caritas non est finis vltimus: cum non sit finis cōmūnis quem omnia desiderant: sed est finis proprius voluntatis per quem pertingit ad finem vltimum. ⁊ ideo non sequitur eē plures fines vltimos. C. Ad secundum dicendum: q̄ pater ⁊ filius ⁊ spiritus: necus sunt vnus finis vltimus vt in littera dicitur eo q̄ vnicuiq̄ eorum conuenit ratio finis fm̄ q̄ quilibet est summum bonum: ⁊ h̄i tres non tria: sed vnum summum bonum sunt. An-

de hoc quod Hieronymus dicit, omnia h̄ gradu ꝛc. Intelligentium est gradū esse in reditione creaturarum ad vltimū: nō autē inter filium ꝛ patrē iter quos vt Hiero. dicit nullus est gradus. Si tamē nomen gradus large p̄ ordine accipiatur: sic inter patrē ꝛ filium est gradus. i. ordo principii ad illum qui est de principio: non autem finis ꝛ eius qd̄ est ad finem.

Ad tertiu dō: q̄ actus morales nō specificantur a fine vltimo sed a finibus proximis. hi autē plures diuersorum sunt sicut ꝛ fines naturales sunt plures.

Ad quartū dō: q̄ ad h̄ q̄ alicuius actiōis finis sit deus vel charitas: nō oportet q̄ agēdo illā actiōnē aliquis de deo vel charitate cogitet: nec iter sufficit q̄ aliquis in habitu tantū deum ꝛ charitatē h̄eat: q̄ sic ē actum venialis peccati aliq̄ in deū ordinaret: qd̄ falsum est, sed oportet q̄ pri^o fuerit cogitatio de fine qui est charitas ꝛ deus: ꝛ q̄ rōnes sequentes in hunc finē ordinauerit: ita q̄ rectitudo illius ordinationis in actionibus sequentibus saluetur: vt patet i exemplo: qd̄ Auiic. ponit de artifice q̄ si dū opus suū exereret semper de regula artis cogitaret: multum in opere impediretur: sed sicut prius excogitauit per regulas artis: ita post modū operat: ꝛ sic in opere ei^o rectitudo artis saluatur. Ad quintū dō: q̄ non oportet illd̄ sine quo nō fieret aliquid esse h̄ p̄pter qd̄ sit. omne. n. illud qd̄ ad actionē erigitur: est illud sine quo actio non fieret sicut instrumenta: nec t̄ p̄pter instrumenta fit actio: ita ē ꝛ qui in operibus sp̄ialib^o rēporalia querunt: nō querunt ea tanq̄ finem actionis primū vel remorum: quia minus bonum non potest esse finis maioris: sed querunt ea ad substantiam nature ꝛ conditionis sue: vt sic debite opera spiritalia exercere possint.

Secundum sic proceditur. videtur q̄ finis cōis rectorum voluntatum ꝛ vnus nō possit esse charitas vel beatitudo. nihil enim quod est citra finem vltimum est vn^o finis communis omnibus. sed charitas est citra finem vltimum. s. deum ꝛ similiter etiam beatitudo ꝛ bona delectatio ꝛ huiusmodi. ergo huiusmodi nō possunt ēē finis communis rectorum voluntatum. **P̄re.** nihil potest esse finis quod non est desideratum: nec potest aliquid desideratum esse quod occultum est. Cum igitur beatitudo occulta sit: q̄ **3^o l. iiii. d̄.** Oculis nō vidit d̄s absq̄ ꝛc. videtur q̄ beatitudo nō possit esse finis rectorum voluntatum. **P̄re.** corporale bonū nō est finis spiritalis boni: cui^o finis semper sit melior eo qd̄ est ad finem: sed vita eterna videtur qd̄dam corporale nominare. s. eternam coniunctionem nostre aie ad corpus. ergo vita eterna non est finis spiritalium operum. **P̄re.** nullus finis habetur ante id quod est ad finē: cū per ea que sunt ad finē i finē deueniatur. sed charitas ante actus meritorios habet. ergo charitas non est finis rectorum operum. **P̄re.** opus dicitur rectum fin q̄ est aliqua virtute informatum: sed sicut actus informatur charitate: ita etiā aliis virtutib^o. ergo sicut charitas ponitur finis: ita ꝛ alie virtutes fines dici debent. **P̄re.** bonus simpliciter nō ordinatur vt ad finem ad id quod est bonum huic: quia quod simpliciter bonum est melius est. sed operatio est bonum per se: delectatio autem est huic bonum. s. operanti: ꝛ sic recta operatio est melior delectatione. ergo recta operatio non ordinatur ad delectationē sicut ad finē. **Contra.** finis sine quo non potest esse coniunctio ad finem vltimum: oportet ēē

intentum sicut finis communis: sed sine charitate et beatitudine huiusmodi non potest esse coniunctio voluntatis hominis ad finem vltimum qui deus est. ergo ista omnia rationem finis communis habet.

Respondeo dō: q̄ sicut dicitur est quibus omnium rerum sit vnus finis vltimus: sicut vnū principium primum: tamen vnicuiq̄ rei debetur finis proprius: sicut ꝛ principium proprium: ita vt sicut ea que sunt vnus generis communicant in vno principio proprio illius generis: ita cōmunicent in vno fine qui q̄ dem est communis omnibus que sunt in illo genere: non tamen omnibus rebus nec potest esse debita reatio alicuius rei ad finem vltimum: nisi mediante fine qui suo generi debetur. finis autē proprius vnicuiq̄ rei per quem in finem vltimum ordinatur est sua propria operatio. vnde ꝛ finis rationalis nature per quem ordinatur in finem proprium est perfecta operatio que est propria nature illi. sed perfectio operationis in tribus consistit. s. in obiecto: habitu ꝛ delectatione: q̄to enim obiectum est altius tanto operatio in illud tendens est pulchrior: ꝛ perfectior. vnde ex obiecto operatio perfectionem habet: ꝛ ex nobilitate obiecto altissimam perfectionem. Similiter etiam operatio perfecta non est nisi ex habitu: vnde quanto habitus est perfectior: ꝛ operatio perfectior erit: ꝛ operatio perfectissima ab habitu nobilissimo erit. Similiter vt dicit philosophus in decimo ethi. delectatio perficit operationem: sicut pulchritudo inuentutem: est enim sicut quidam decore operationis ipsa delectatio. ꝛ ideo oportet q̄ aliquod istorum: sicut finis communis rectorum voluntatum assignetur ipsa autem operatio perfecta beatitudo est. obiectum autem altissimum deus est. **H**abitus autē perfectissimus charitas est: delectatio autem purissima ꝛ spiritalis delectatio: vt in. i. ethi. probatur. ꝛ ideo i licet dicitur q̄ deus rectorum voluntatum finis ē charitas ꝛ bona delectatio ꝛ beatitudo: ita tamen q̄ de^o vltimus finis sit ꝛ beatitudo charitatem ꝛ delectationem complectens sit sicut finis sub fine coniungens vltimo fini cum operatio in obiectum tendat: nec ē reata reatio voluntatis in deum nisi mediantibus his tribus. **Ad primum** ergo dō: q̄ finis qui est citra finem vltimum non est finis communis omnibus rebus: sed potest esse communis in aliquo genere: ita est de beatitudine: non enim creature irrationales ad beatitudinem peruenire possunt. vnde earum finis beatitudo non est: sed est finis rationalis creature q̄ ad eam peruenire potest. **Ad secundum** dō: q̄ quibus beatitudo sit occulta quantum ad substantiam: tamen ratio beatitudinis nota est. omnes enim per beatitudinē intelligunt quandam perfectissimum statum. sed in quo consistat ille status perfectus vtrum in vita vel post vitam vel i bonis corporalibus vel spiritalibus ꝛ in quibus spiritalibus occultum est. **Ad tertium** dicendum: q̄ vita dicitur dupliciter. vno enim modo vita idem est quod esse viuētis vt in secundo de anima dicitur: q̄ viuere viuētibus ē esse. ꝛ hoc modo vita hominis relinquatur ex coniunctione anime ad corpus: ꝛ vita eterna ex eterna coniunctōe vtriusq̄: hoc modo vita eterna nō est finis rectorum voluntatum. Alio modo dicitur vita operatio rei viuētis. ꝛ hoc mō vita eterna dicitur operatio perfecta qua homines beati in eternum deū vi debunt h̄ q̄ dicitur Jo. xvii. **H**ec est vita eterna ꝛc. ꝛ hoc modo vita eterna est finis rectorum voluntatum.

pri^o cogitet
de fine

ex

tum: et est idem quod beatitudo. **C** Ad quartum dicitur: quod charitas dupliciter potest considerari vel in habitu vel secundum quod bonum eius resultat in actu: sicut bonitas cuiuslibet habitus resultat in actu ex habitu procedente. si ergo accipitur primo modo charitas sic operationes recte ante infusionem charitatis facte ordinantur ad charitatem vel ad finem ipsam disponunt autem charitatis infuse receptionem. sic sic non intelligitur hic: sed intelligitur secundum quod bonum charitatis resultat in actu sicut etiam philosophus dicit in quarto ethici. quod fortis operatur propter bonum fortitudinis in quantum opera sua ad finem fortitudinis refertur quod est fortiter operari. similiter etiam charitatem habens refert opera sua in bonum charitatis quod est ipsa operatio ex charitate procedens. scilicet propter dilectionem dei et proximi. **C** Ad quintum dicitur: quod ad bonum alicuius virtutis non ordinatur nisi vel actus proprie virtutis vel actus alterius virtutis qui est impartus ab illa virtute: sicut actus proprius fortitudinis ordinatur in bonum fortitudinis vel etiam actus magnanimitatis qui est credere in magna facienda: et ardua secundum quod est a fortitudine impartus: nulla autem virtus impartit universiter omnibus virtutibus nisi charitas que est mater omnium virtutum: et habet habitum ex objecto proprio quod est summum bonum in quod immediate fertur: tamen etiam ex sebo. scilicet ex voluntate que aliis viribus impartit. ideo inter virtutes sola charitas dicitur communis omnium rectorum voluntatum. **C** Ad sextum dicendum: quod operatio simpliciter est melior quam delectatio. et ideo vel medici dicitur natura in ope generationis delectationem posuit ne anima sua salute contenta salutem speciei negligenter quam per actus generationis sit. unde delectatio propter operationem est: non autem delectio quolibet operatione sequitur: sed operatione facta. et ideo sicut operationes imperfecte ordinantur ad operationem perfectam: ita etiam ordinantur ad delectationem que perfecta operationem erodit. **C** Ad dicitur quod finis potest alicui rei attribui dupliciter vel secundum quod in se consideratur: et sic operatio non est ad delectationes: sed econverso: vel ex parte eius quod in fine tendit: et sic operatio delectatione perficitur: et propter eam est: sicut propter suas perfectiones: delectationes enim proprie: sic in. x. ethici. dicitur autem generat proprias operationes: quod si quod operans talibus operationibus reficitur delectationem earum diligenter eas exerceat.

Tertium sic proceditur. videtur quod intentio non sit aliquid voluntatis: quod ut in secundo ethici dicitur omne quod est in anima vel est passio vel habitus vel potentia: sed intentio non nominat ipsam potentiam voluntatis: quia sic omnis actus voluntatis intentio dici deberet. Similiter etiam non anime: quia habitus anime sunt virtutes vel scientie: nec iterum est passio in voluntate existens: quia passiones sunt in sensitiva parte: et non in intellectiva ut in septimo philosophorum probatur. ergo intentio non videtur aliquid ad voluntatem pertinere. **C** Preterea. ut in secundo philosophorum probatur quod natura in sua operatione intendit finem: sed agens per naturam non agit per voluntatem: quod in eodem libro distinguitur agens a proposito contra agens a natura. ergo intentio non pertinet ad voluntatem. **C** Preterea. Luc. si oculus tuus neque fuerit etc. glo. oculus. i. intentio: sed esse oculi non competit voluntati: sed magis rationi: similiter etiam dirigere quod intentio non attribuitur rationis est. et non voluntatis. ergo intentio non pertinet ad voluntatem: sed ad rationem.

Preterea voluntas est principium rerum operabilium que ad practicum intellectum pertinent: sed intentio non tantum est in practico: sed etiam in speculativo in quibus etiam finis inveniuntur. ergo intentio non pertinet ad voluntatem. **C** Preterea. potentie non potest attribui voluntati nisi duplex actus vel qui convenit sibi per se vel qui convenit sibi in ordine ad aliam potentiam: sed intentio non potest esse actus voluntatis per se considerate: quod non denominatur a voluntate actus autem qui est alicuius potentie per se denominatur ab ipsa: sicut intelligere ab intellectu similiter etiam non est actus eius secundum ordinem ad rationem: quod sic actus eius est eligere vel supra dictum est. ergo intentio nullo modo est actus voluntatis.

C Contra. Meritum et demeritum in sola voluntate constitutum est: sed secundum intentionem precipue attenditur meritum et demeritum. ergo intentio ad voluntatem pertinet.

Pre. ut in littera dicitur: intentio est de fine. si quis autem habet rationem boni: cum igitur bonum ad voluntatem pertineat quod est obiectum eius: videtur quod intentio voluntatis sit. **C** Respondeo dicitur: quod ex ipso nomine intentionis potest accipi ad quam potentias pertineat. Intendere enim dicitur quasi in aliquid tendere. Intendere autem in aliquid est illius potentie ad quam pertinet proficere et fugere aliquid. hoc autem est appetitus et voluntas: non autem intellectus: sed verum est quod intellectus practicus dicit aliquid de fugiendo et proficundo: ut in tertio de anima dicitur unde iudicium fuge et prosecutionis ad intellectum practicum pertinet: non autem ipsa profectio et fuga. Intellectus autem speculativus neque fugit aut proficetur: neque etiam aliquid de fugiendo et proficundo dicit et ideo intentio non est actus cognoscitivus sed appetitivus. **P**er hoc autem quod dicitur in aliquid tendere importat quodam distantia illi in quod aliquid tendit. et ideo quod appetitus fertur immediate in aliquid non dicitur intentio illi: siue hoc sit finis ultimus: siue sit aliquid ad finem ultimum. si quis per unum quod vel in alio pervenire nititur illi in quod pervenire nititur: dicitur esse intentio. hoc autem est finis propter quod intentio dicitur esse de fine: non secundum quod voluntas in fine absolute fertur: sed secundum quod ex eo quod est ad finem in fine tendit. unde intentio in ratione sua ordinatur quodammodo ad alterum importat. **C** Ad autem unum ad alterum: non est nisi per intellectum cuius est ordinare. sed in quibusdam intellectus ordinans appetitum in fine est coniunctus ipsi appetitui sicut in habitibus intellectui: ut in homine et in angelo. In quibusdam autem intellectus ordinans est separatus: sicut in naturalibus quod dirigunt in fine ab intellectu nam in intellectu et fine sibi significante: appetitus autem intellectui coniunctus voluntas dicitur: sed appetitus ab intellectu separatus est appetitus sensibilis et naturalis: quod quis autem cuiuslibet horum appetituum intentio communis sit proprius tamen in voluntate inveniuntur que ab intellectu coniuncto in fine diriguntur. et ideo intentio primo et per se actus voluntatis nominatur secundum quod in ea est vis intellectus ordinans. **C** Ad secundum ergo dicitur quod in passione intelligitur operatio quod operationes anime passiones et quodammodo sunt: quod intelligere est quodammodo pati: et sentire vel est intelligitur in habitu operatio quod principium operationis est: vel quod operatio non significat: ut in anima existens: sed ut ab anima egredietur. **C** Ad secundum dicitur: quod naturalia quod quis non habent voluntatem tamen intendunt aliquid per appetitum naturalem secundum quod dirigunt in fine suum ab intellectu divino nature attribuente inclinationem in fine quod inclinatio appetitus naturalis dicitur. et ideo non est ita proprie intentio in eis sicut in agentibus a proposito. **C** Ad tertium dicitur: quod dirigere vel esse oculum attribuunt intentioni non secundum quod est actus voluntatis

Intentio quod est

simpliciter sicut finis quod uis rationis ordinatis in voluntate manet. **C** Ad quartum dicitur: quod cum voluntas mouet omnes potentias in actus suos: non solum est respectu eorum que ad practicū intellectū pertinet: sed et eorum que ad speculatiuum: sicut. n. homo uult ambulare: uel aliqd huiusmodi facere. ita etiam uult considerare et ueritatem quoniam alicuius inuenire. **C** Ad quintum dicitur: quod intentio non est actus voluntatis absolute: sed in ordine ad rationem actum uoluntatis ordinantem: sed ratio potest ordinare actum uoluntatis dupliciter uel secundum quod uoluntas est de fine: et sic actus uoluntatis in ordine ad rationem est intentio: uel secundum quod est de his que sunt ad finem: et sic actus uoluntatis in ordine ad rationem est electio.

D quartum sic proceditur. uidetur quod non sit unus actus uoluntatis qui est de fine et de eo quod est ad finem. Actus enim omnes distinguuntur secundum obiecta: ut secundo de anima dicitur. finis uero et quod est ad finem sunt diuersa obiecta. ergo et motus uoluntatis sunt diuersi qui in ea feruntur.

C Preterea non est idem in specie motus qui est ad ultimum terminum: et qui est ad medium: ut in 2. ethi. dicitur. Sicut quod est ad nigredinem et qui est ad pallorem ab albedine. sed illud quod est ad finem est sicut medium per quod itur in finem quasi in ultimum terminum. ergo non est idem motus uoluntatis qui est finis et eius quod est ad finem. **C** Preterea actus uoluntatis sequitur actus intellectus sed non eadem est cogitatio de fine et de eo quod est ad finem ergo nec idem uoluntas motus. **C** Preterea. praria non possunt eidem simul in esse. sed in eo qui uult dare elemosynam propter uanam gloriam uoluntas que est finis est mala: et que est eius quod est ad finem est bona. ergo non est idem actus uoluntatis utrobique. **C** Contra. philosophus dicit: ubi unum propter alterum: ubi unum terminum. sed illud quod est ad finem desideratur propter finem. ergo unum desiderium est finis: et eius quod est ad finem.

C Preterea. non contingit potentiam esse in duobus actibus simul: sed simul aliquid uult finem: et illud quod est ad finem. ergo non est alius motus uoluntatis qui est in utroque. **C** Respondeo dicitur: quod quoniam aliquid dicitur secundum relationem ad alterum potest dupliciter considerari: uel secundum quod est res quodammodo in se absolute. et sic non est eadem consideratio eius et illud quod dicitur: sed diuisum utroque considerat. uel secundum quod ad alterum dicitur. et hoc modo eadem est consideratio utriusque: quod quod nouit unum relatiuorum nouit et reliquum: sicut in predicamentis dicitur: sicut si aliquid considerat imaginem puta imago est alicuius rei: eadem consideratio erit imaginis et eius cuius est imago. Si autem consideretur imago in quantum est res quedam: ut figura depicta in lapide: alia consideratio erit imaginis et eius cuius est imago. ita et dico de eo quod est ad finem. quod quodammodo sunt que queruntur propter finem: que nihilominus habent in se uide desideret: et in talia potest uoluntas ferri dupliciter: uel secundum quod ea propter aliud queruntur: et sic idem est actus uoluntatis qui est in fine: et in illud quod est ad finem. uel secundum quod ipsa sunt quedam res per se desiderabiles et sic est alia uoluntas de utroque. sed quedam sunt que non desiderant nisi in relatione ad finem ut sectio et ystio que in se mala sunt: et in talibus nunquam differt motus uoluntatis secundum quod uoluntas fertur in ista et in fine eorum. quod in ea uoluntas non fertur: nisi prout considerentur sub relatione ad finem.

C Ad primum ergo dicitur: quod finis et id quod est ad finem in quantum huiusmodi consideratum non sunt diuersa obiecta: sed unum obiectum in quo finis sicut formale est: quasi ratio quedam uolendi: sed id quod est ad finem est sicut materiale

sicut est lumen et color: sunt unum obiectum. **C** Ad secundum dicitur: quod quoniam uoluntas fertur in eo quod est ad finem: puta est ad finem: id quod est ad finem non est terminus eius. et id non oportet quod sint ibi duo motus sicut est etiam unus motus continuus qui de extremo in extremum per media transit: nisi medio ut termino in medio quiescendo utatur. **C** Ad tertium dicitur: quod est cogitatio de eo quod est ad finem: puta consideratur in ordine ad finem: est eadem cum cogitatione finis: non autem cogitatio de eo quod est ad finem: ut est res quedam: et sicut nature uoluntas. **C** Ad quartum dicitur: quod cum aliquid uult dare elemosynam propter inane gloriā habet est unus actus uoluntatis: et hic actus totus malus est: sed nunquam ad omne id quod in eo est maliciam habeat. unus enim particularis defectus sufficit ad hoc quod aliquid simpliciter malum dicatur. sed uerum est quod si uellet hoc: quod est dare elemosynam ut rem quandam in ordine ad talem finem: actus ille uoluntatis esset bonus et esset alius actus uoluntatis ab eo quod uult uanam gloriam.

D quintum sic proceditur. uidetur quod uoluntas non sit iudicanda recta ex fine. **C** Contra. n. aliquid malum propter bonum uelle: sicut qui uult furari ut elemosynas det. huiusmodi uoluntas mala est: et in finis uoluntatis est bonus. ergo ex fine non iudicatur rectitudo uoluntatis. **C** Preterea contingit quod aliquid faciat aliquid paruū intendens magnum facere: sicut aliquis dans obolum si intendat habere tantam mercedem sicut si daret centum marchas: non autem sequitur quod tantum bonum faciat quantum est finis que intendit. ergo ex fine non mensuratur rectitudo uoluntatis. **C** Preterea. omnia bonum appetit: ut dicitur in primo ethi. si igitur uoluntas dicitur recta ex uoluntate finis: omnis uoluntas erit bona. **C** Preterea. ad hoc quod aliquid bonum dicatur oportet quod omnia perficiantur rem in bonitate concurrant. quod bonum est per unam et totam causam: ut dicitur. sed bonitas actus capitur ex habitu: ex circumstantiis et ex fine. ergo non potest sufficere ex fine iudicari uoluntatis rectitudo.

C Preterea. ex eodem iudicatur rectitudo alicuius actus ex quo mensuratur bonitas eius. sed bonitas actus precipue que est in uirtute mercedi: mensuratur ex radice que est habitus actum eliciens. ergo rectitudo uoluntatis potius iudicatur ex habitu qui est principium actus quam ex fine. **C** Contra. omnis motus recipit speciem ex termino. sed terminus actus uoluntatis est finis. ergo ex bonitate finis iudicandus est bonus actus uoluntatis. **C** Preterea. actus recipit speciem a forma agentis. unde secundum diuersas formas diuersificantur actiones in specie: sicut calefacere et infrigidare. sed forma uoluntatis est finis: quod est appetibile sicut intelligibile est forma intellectus. ergo secundum bonitatem et maliciam finis dicitur actus uoluntatis bonus et malus. **C** Respondeo dicitur: quod actus uoluntatis potest ferri in finem dupliciter: uel immediate in ipsum finem: et sic actus uoluntatis manifeste bonitatem et maliciam ex fine habet. quia uelle bonum finem est bonum. et uelle malum finem est malum. bonitas enim finis non dependet ulterius ex aliquo alio: sicut bonitas eius quod est ad finem dependet ex fine. et talis actus proprie dicitur uoluntas finis ut uelle beatitudinem. alio modo fertur actus in finem mediante eo quod est ad finem: et hoc proprie dicitur intendere finem: et tunc distinguendum est. quia in malis absolute dicendum est quod actus habet maliciam ex fine: quia si

finis intentus est malus voluntas mala est: quantum
 cuius sit bonum illud quod ad tale finem ordinat eo quod vni-
 pricularis defectus sufficit ad malitiam: in bonis autem di-
 stinguendum est: quod aut loquimur de fine volentis aut de fi-
 ne actus voluntatis. Et de fine volentis quem volens
 sibi presertit: tunc non sequitur si finis est bonus quod voluntas
 sit bona: quod potest esse id quod est voluntas malum: et vnum tantum
 sufficit ad malitiam voluntatis: siue finis: siue voli-
 tum sit malum: et quis vno modo sit idem actus voluntatis
 qui fertur in finem: et in id quod est ad finem: tamen in-
 tentio nominat illum actum secundum ordinem actus ad fi-
 nem: sed voluntas nominat actum eundem secundum ordi-
 nem ad obiectum proximum quod in finem ordinat
 et ideo in tali casu voluntas est mala: sed intentio bo-
 na finis autem de ad quem actus proportionatus est:
 et ita etiam si finis est bonus: et actus bonus: quod actus
 malus non est proportionatus ad finem bonum. vnde
 dicit philosophus in quinto ethi. de his qui per
 malos actus bonos fines consequi intendunt quod que-
 runt sortiri finem inconuenienti medio: sicut enim non
 quilibet natura est disposita ad quilibet formam nec
 quodlibet instrumentum ad quilibet effectum: nec quod-
 libet medium ad quilibet conclusionem: ita nec qui-
 libet actus ad quilibet finem. Ad primum ergo dicitur
 quod quando aliquis vult malum propter bonum illud
 bonum non est finis actus voluntatis secundum se conside-
 rari: sed est finis a volente inordinate presertitus: et
 huiusmodi modo dicitur esse ad secundum: quod in malis sim-
 pliciter tenet quod quantum malum quis intendit tantum
 peccat: in bonis autem non tenet si intelligatur de fine
 volentis: sed solum si intelligatur de fine actus.
 Ad tertium dicendum: quod quis omnis voluntas bo-
 num appetat non tamen appetit semper quod est ve-
 re sibi bonum: sed id quod est apparens bonum: et quis-
 vis omnis homo beatitudinem appetat non tamen que-
 rit eam in eo ubi est vera beatitudo: sed ubi non est.
 et ideo nititur ad eam peruenire non per rectam viam
 et propter hoc non oportet quod omnis voluntas sit bo-
 na. Ad quartum dicendum: quod circumstantiis di-
 citur actus bonus secundum quod circumstantie faciunt actus
 proportionatum ad finem debitum. et ideo principa-
 liter bonitas actus ex fine pendet. Ad quintum dicitur
 quod in habitu includitur rectitudo finis: quod ad virtutem
 ut philosophus in secundo ethi. dicit erigunt tria.
 primum quidem si sit sciens: deinde si volens propter
 bonum in quo includitur ordo ad fines: tertium si fir-
 me et inmutabiliter operatur. et ideo si bonitas actus
 procedat ex habitu non remouetur quin iudicetur ex
 fine. Et recte sunt voluntates etc. Hic intelligendum
 est si referatur ad rectam voluntatem quasi ex se or-
 dinate ad illam: ita quod recta voluntas sit finis actus
 voluntatis: et non tantum agentis ut dictum est. Ad
 debemus ideo euangelizare ut manducemus. In hoc
 simpliciter verum est: quod manducare non potest esse
 finis euangelizandi: nec proximus: nec vltimus: sed
 est questum ab euangelizante ad facultatem euange-
 lizandi conseruandam. et ideo magister infra in solu-
 tione huius verbum non exponit. finis vero volunta-
 tis est vel illud etc. quod omne bonum rationem finis ha-
 bet bonum autem obiectum est voluntatis: ideo quod
 libet voluntatum quod est obiectum voluntatis finis po-
 test dici: sed magis dicitur finis proprie illud id quod vlti-
 mo voluntas tendit: quod huius est ab ea primo voluntatum. et
 ideo in tertio ethi. dicitur quod voluntas est finis elec-
 tio vero eorum que sunt ad finem. Intentio includit

et. Intentio proprie loquendo actum voluntatis signi-
 ficat ut dictum est: sed finem non significat nisi mate-
 rialiter nomen sumatur ut. s. sumatur intentio pro re
 intenta sicut et fides sumitur pro re credita. finis ve-
 ro voluntatis etc. Delectatio dicitur bona que conse-
 quitur operationem bonam et mala que consequitur ma-
 lam ut ex. r. ethi. patet. Intentio ad illud respicit per
 quod volumus etc. Intentio enim includit actum ratio-
 nis. et ideo respicit ad id ad quod aliquid ordinatum
 est: sed voluntas nominat actum voluntatis absolu-
 te cuius non est ordinare vel conferre. et ideo respi-
 cit ad id quod immediate fertur. Et alia quidem vide-
 tur voluntas etc. quod sit eadem: et quod alia dictum est
 vnde utraque opinio secundum aliquid veritatem habet.

Distin.

Trigesimanona.

Quia voluntas sit de his que naturaliter homo
 habet: quare peccatum fore dicatur: cum nul-
 lum aliud naturale peccatum sit.

Item dicitur quod facti necessaria
 h
 ria ex superioribus causam tra-
 hens. dictum est. n. supra voluntates
 inesse naturaliter homini: sicut
 intellectus et memoria. que autem homi-
 ni naturalia sunt quantumcumque uicium: bona tamen
 esse non desunt. Quia non ualet uicium bonitatem
 in qua de se fecit penitus consumere. ut uerbi
 gratia. Intellectus uel ratio et ingenium ac memo-
 ria: et si uicium et peccati obnubilent et corru-
 pant: bona tamen sunt: nec peccata noiant. Sic
 Aug. de ratione que est imago dei in qua facti su-
 m. euidenter ostendit in. xv. li. de tri. Hec est
 imago in qua homines sunt creati: que ceteris
 animalibus presunt: que creatura in rebus creatis
 excellentissima: cum a deo iustificat: a deformi
 forma in formosam mutatur formam. Erat enim
 et inter uicia natura bona. hec autem imago ratio
 est uel intellectus. Quia ergo voluntas de natura
 libus sit: quare ipsa non semper bona est: et si ali-
 quod uicium subiaceat. Ad hoc facile respondet que
 dicitur omnia que sunt quantumcumque sunt bona esse: quod
 et ipsa voluntas quantumcumque est uel quantumcumque uolun-
 tas est ut supra posuimus: bonum esse asserunt.
 sed quantumcumque inordinata est: mala est et peccatum
 ubi potest ab eis rationabilibus queri. si voluntas quantumcumque
 inordinata est: peccatum est: que ergo intellectus
 ratio et ingenium: et huiusmodi cum inordinata sunt pec-
 cata non sunt. Inordinata uero sunt: sicut uolun-
 tates: cum ad rectum finem non tendunt: eorumque
 actus peruariationes existunt. Ad quod illi dicunt
 uoluntas nomine aliquum. s. naturalem poten-
 tiam uolendi: aliquum actum ipsius uis significari.
 Ut sit ipsa ista aie naturaliter nunquam peccatum
 est. sicut nec vis memorandi uel intelligendi. s.

actus huius uis q̄ et uoluntas d̄: tunc peccatum est quādo inordinatus est.

Quare actus uoluntatis sit peccatus si actus aliarum potentiaru nō sunt peccata.

Huc queritur quare huius naturalis potentie actus peccatus sit: si aliarum potentiarum actus peccata non sunt. s. potētie memorādi: cui⁹ actus ē memorare. et potētie intelligēdi: cuius actus est intelligere. Ad quod ipsi dicunt quia alterius generis est actus ille uoluntatis q̄ actus memorie vel intellectus. **N**ic enim actus est ad aliqd̄ adipiscendum vel non admittendum. qui non potest esse de malis quin sit malus. Vel enim mala: malum est. sed intelligere vel memorare mala: malum non est: quamuis eorū quidam etiam hos actus esse malos interdū asserant non improbe. memorat enim interdū quis malum ut faciat: et querit intelligere utrum ut sciat impugnare. **E**cce qualiter soluntur premissa questio ab his q̄ tradūt omnia esse bona in quantum sunt. qui uero dicunt uoluntates malas peccata esse: et nullo modo bona: breuius respondent dicētes actum uolūtatis nō esse de naturalibus: sed uis ipsa et potētia uolēdi que semper bonū est: et in oibus: cui⁹ etiam sit in paruulis in quibus nondum est actus eius.

Quomodo intelligendum sit illud. homo etiam qui seruus est peccati naturaliter uult bonum.

Reterea queri solet quomodo intelligendum sit quod ait Ambro. exponens illud uerbum apostoli nō enim quod uolo illud ago: s; quod nolo illud facio. **D**icit enī q̄ homo subiectus peccato: facit quod uult: quia naturaliter uult bonū sed uoluntas hec semper caret effectu: nisi gratia dei adiuuet et liberet. si homo subiectus est peccato: uult quidem malum et operatur: q̄ seruus est peccati. et eius uoluntatem sicut supra dixit Augu. libenter facit. quomodo ergo naturaliter bonum uult. **A**n est eadem uoluntas. i. idem motus qua libenter peccato seruit: et qua naturaliter uult bonum. **S**i non est eadem uoluntas: que ergo istarum est: que cui⁹ homo iustificatur: a seruitute peccati liberatur. **U**t etiā superius disserimus gratia dei uoluntate hominis liberat et adiuuat que uoluntatem hominis preparat adiuuandam: et adiuuat preparatam: sed que est illa uoluntas: an illa que naturaliter uult bonum: an que libenter seruit peccato. **S**i tamen due sunt uoluntates proposita est questio profunda: que

uaria a diuersis expositione determinatur. **A**lij enī dicunt duos esse motus. unū quo uult bonum naturaliter. et quare naturaliter? et quare naturalis dicitur: quia talis fuit motus nature humane in prima creatiōe: in qua creati sine uicio sumus. que pprie natura dicitur. **F**uit enim homo creatus in uoluntate rectus. **U**nde in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est. **F**irmissime tene primos homines bonos et rectos esse creatos: cum libero arbitrio quo possent si uellent propria uoluntate peccare eosq; nō necessitate: sed propria uoluntate peccasse. **R**ecte igitur dicitur homo naturaliter uelle bonū: quia in bona et recta uoluntate conditus est. **S**uperior enī sentit la rationis: que etiam ut ait Hiero. in **E**haym non potuit extinguī. bonū semper uult et malum odit. **A**lij autem dicunt esse motum mentis: quo mens relicta superiorū lege: subiicit se peccatis: eisq; oblectatur. iste motus ut aiunt: anteq̄ alit̄ uis assit gratia: dominatur in homine et regnat. **A**lterumq; de primis motum uterq; tamen ex libro ar. est. **V**eniente autē gratia ille motus malus eliditur: et alter naturaliter bonus liberatur et adiuuatur: ut efficaciter bonū uelit. ante gratiam uero licet naturaliter uelit homo bonū non tamen absolute concedi oportet bonū hēre uolūtate: sed potius malū. **A**lij autē dicunt unam esse uoluntatem. i. unum motum quo naturaliter uult homo bonum: et ex uicio uult malū eoq; delectat̄: et in quantum uult bonū naturaliter bonū est. et in quantum malū uult malus est.

Hic oritur q̄d̄ satis necessaria r̄. **O**stendo q̄ rectitudo uolūtatis et pueritas est ex fine. **N**ic inquit utrum in uolūtate possit esse pueritas et peccatum. **E**t diuiditur in partes duas. **I**n prima ostendit quomodo in uoluntate peccatum esse p̄: et q̄ peccatum non est nisi s̄m̄ deuiationem ab eo ad quod aliquid naturaliter ordinatur. **I**n secunda preinquit quomodo uoluntas naturaliter in bonū redat. ibi. **P**reterea queri solet quomodo intelligendū sit r̄. **P**rima diu dicitur in duas. **I**n prima mouet q̄d̄ nem. **I**n secunda ponit responsionem. ibi. **A**d h̄ autē sa. ile r̄. **E**t diuiditur in duo. **I**n prima ponit r̄sionem s̄m̄ primam opinionem supra memoratam q̄ ponit omnia in quantum sunt bona esse a deo. **I**n secunda respondet s̄m̄ aliam opinionem que ponit actus peccatorū nullo modo bonos esse nec a deo. ibi. **Q**ui uero dicunt uoluntates malas r̄. **C**irca primū facit tria. **P**rimo respondet ad questionem. **S**ecundo obicit contra responsiones et soluit. ibi. **U**bi potest ab eis rationabiliter queri r̄. **T**ertio iterum contra

obiectione solutionis oblectione mouet et soluit. ibi. Sed adhuc queritur quare etc. Hic est triplex questio prima quod peccatum sit in voluntate. Secunda quod homo naturaliter bonum velit. Tertia de hoc quod dicitur quod superiorum similitudo rationis erigui non potest. Circa primam queruntur duo. Primo vtrum in voluntate possit esse perversitas peccati. Secundo vtrum in actibus aliarum potentiarum possit esse peccatum.

¶ Irea primū sic pcedit. Videt quod voluntas per peccatum pueri non possit. Voluntas enim ad imaginem principis nec tamen finem quod est potentia: sed est vt vult ratione actus: quod respectu quorundam obiectorum saluatur perfecta ymaginis in tribus potentis vt in primo li. iiii. di. dictum est: potentia autem non habet compositionem ad obiectum nisi mediante actu. Cui igitur ymaginis bonitas per peccatum non tollatur: quod in imagine pertransit homo vt in ps. dicitur vt quod in voluntate non possit esse peccatum. ¶ Preterea illud quod immediate recipit influentiam a primo fonte immutabiliter tenet hoc quod influere est in ipsum: sicut spirituales que immediate est a deo recipiunt esse incorruptibile habent reliqua vero per longam distanciam a primo non possunt semper in esse perseruari vt in secundo de generatione dicitur: sed sensus bonitatis finis est a quo ratio boni sumitur: cuius igitur voluntas immediate feratur in finem: sicut in obiectum siue est in finem vltimum: vt quod bonitatem inamissibilem habeat: ita per peccatum vitari non possit. ¶ Preterea. Jo. viii. dicitur qui facit peccatum seruus est peccati: sed seruus voluntati non appetit que liberrima est: et libertatis sensus: vt supra dictum est. ergo in ea peccatum esse non potest. ¶ Preterea defectus peccati non dicitur illi imputari in quo non potest esse defectus nisi defectu prius in alio existente: sed in voluntate non potest esse defectus nisi prius existat defectus in ratione. ergo peccatum non dicitur voluntati imputari. per ratio medie. voluntas non est nisi boni vel appetitus boni: sed voluntas non habet defectum secundum quod bonum vult tendit. si non deficit nisi secundum quod tendit in bonum appetens: et non erit: sed si sit secundum quod iudicium rationis fallit. si non est defectus in voluntate nisi prius sit in ratione. ¶ Preterea. sicut se habet error ad cognitiuam: ita se habet culpa et peccatum ad appetitiuam: sed vt in. iiii. metha. dicitur falsitas est propria fantasie que est cognitio sensitiva. ergo et peccatum est propria appetitui sensitivo: et non intellectui quod est voluntas. ¶ Contra. Aug. dicit quod voluntas est qua peccat: et recte viuunt: sed quod cuius peccat in eo est deformitas peccati. ergo in voluntate peccati deformitas potest esse. ¶ Preterea. omne quod est ex nihilo vt Dam. dicit verribile est in nihil vel quantum ad esse vel quantum ad electionem: sed voluntas creata est ex nihilo. ergo cum non sit verribilis in nihil quantum ad esse: quod est per ymaginis omne quod sit verribilis in nihil quantum ad electionem: et hoc non fit nisi per peccatum. ergo peccatum in voluntate esse potest. ¶ Rursus dicitur dicitur quod nihil imputatur alieni in peccatum et culpa: nisi illud cuius causa ipse est: quod non laudamur neque vitupamur nisi ex actibus nostris ea vero quorum causa non sumus per actum nostrum non sunt. vnde cum voluntas dupliciter dicatur. scilicet voluntas potentie: et voluntas actus voluntas potentie cum a nobis non fit: sed a deo in nobis non potest esse peccatum: sed actus eius qui a nobis est. Sed sciendum quod aliquis actus est ab aliquo dupliciter. Vno modo tamen secundum substantiam actus quod secundum determinationem agentis ad actum: et hoc proprie in parte agentis esse dicitur vt est in voluntate. Ipsa enim presentia voluntatis quod in se est indifferens est ad plura: sicut quod determinate creat in hunc actum vel in illud non est ab alio determinate: sed ab ipsa voluntate: sed in naturalibus actus progreditur ab agente: sed

tamen determinatio ad hunc actum non est ab agente: sed ab eo qui agenti inclinationem talem dedit per quam ad hunc actum determinatum est. et ideo pro prius actus voluntatis a voluntate esse dicitur. vnde si aliquis defectus sit in actu eius ipsi voluntati in culpa et peccatum imputatur: omni autem voluntate creatam possibile est in suo actu deficere quoniam ex natura sua est eo quod ex nihilo est in defectu peruertibilis: et ita relinquitur quod in voluntate potest esse peccatum quantum ad actum eius. ¶ Ad primam igitur dicitur quod voluntas actus non est pars ymaginis que est ymago similitudinis in distinctione potentiarum considerata: quod nullius voluntatis actus semper manet: cum tamen ymago semper permaneat. Sed quod ymago in potentis secundum quedam obiecta precipue assignatur non est ex eo quod actu in illa feratur nisi forte sub quadam confusione vt in primo dictum est quod anima semper intelligit se non discernendo vel cogitando aliquid de se: sed in quantum presens est sibi: sed ex eo quod in illa obiecta ferri potest. Sed verum est quod ymago recreationis que non semper manet potest quantum ad actus et habitus considerari. ¶ Ad secundam dicitur quod influentia primi principii ad substantias quibus immediate influit est per operationes ipsius principii primi: et quia illa operatio defectum habere non potest indeficiente esse ab eo recipiunt: sed ordo voluntatis ad finem vltimum non est per operationem finis vltimi in voluntate: sed per operationem voluntatis in finem tendentis: et quod voluntas defectibilis est: ideo ab isto ordine deficere potest per defectum sue operationis et non per defectum finis. ¶ Ad tertiam dicitur quod quod voluntas liberrima est. id hoc consequitur ea: vt in seruitutem cogi non possit: non tamen ab ea excluditur qui seipsum seruituti subiicere potest: quod fit quantum voluntas in actum peccati libere consentit. Ad quartam dicitur quod ille error qui est in ratione secundum quod extimat bonum quod non est bonum: est secundum ignorantiam electionis vt in tertio ethi. dicitur: et hec ignorantia non caret voluntarium: quod voluntas huiusmodi ignorantie quodammodo causa est dum passiones non cohibet que rationem in extimando absorbeat: quarum cohibitio in potestate voluntatis est: et ideo peccatum recte voluntati imputatur. ¶ Ad quintam dicitur quod error vel falsitas dicitur propria fantasie: non quia in intellectu esse non possit: sed quod ex errore fantasie et imaginationis interdum causatur. similiter etiam in ordinatio appetitus sensibilis peccati quod est in voluntate quodammodo causa est: non quidem agens sed inducens. vnde per partem inferiori in qua sunt anime passiones parte viciosa nominauerunt: vt dicit Aug. in libro de ciuitate dei.

¶ Ad secundam sic pcedit. vt quod in actibus aliarum potentiarum possit esse peccatum et precipue in actu intellectus. Cogitatio enim actus intellectus est. sed contingit cogitando peccare. ergo in actu intellectus peccatum potest esse. ¶ Preterea. peccatum est operatio quodammodo propria operationi illi quod homini secundum quod homo est debet: quod talis operatio est recta operatio cui peccatum dicitur. sed operatio intellectus est hominis secundum quod homo est: et si enim homo dicitur homo quod est intellectum habens: et rationem. ergo in operatione intellectus contingit esse peccatum. ¶ Preterea. contraria nata sunt fieri circa idem: sed peccatum virtuti opponitur. cum ergo quodam virtus sit in intellectu. scilicet intellectualis: vt patet ex. vi. ethi. videtur quod peccatum in intellectu esse possit. ¶ Preterea. infidelitas peccatum quoddam est: sed infidelitas est in intellectu secundum quod doctrine fidei dissentit. ergo in intellectu potest esse peccatum.

Conpreterea nihil prohibetur nisi peccatum: sed quaedam scientie sunt prohibere ut nigromantia: et huiusmodi: cum igitur scientia sit in intellectu videtur quod in intellectu possit esse peccatum. **C**ontra. Illud quod excusat peccatum non est peccatum: sed defectus quod est in intellectu: ut ignorantia peccatum excusat. ergo in intellectu non contingit esse peccatum. **C**onpre. illud quod non est in potestate nostra non est peccatum: sed intelligere quodlibet non est in potestate nostra. ergo si intelligendo deficiamus non peccamus. **C**onrespondeo dicitur: quod cum in peccato sit ratio mali: et per hoc ratio culpe utriusque diversimode inuenitur in actu intellectus: et in actu voluntatis: quod in actu voluntatis est malum et ob id non autem in actu intellectus: velle enim mala: malus est: sed intelligere mala non est malum. cuius ratio summi potest ex obiecto utriusque. obiectum enim voluntatis est bonum: sed obiectum intellectus est verum: bonum autem et verum: et falsum sunt in anima. et ideo voluntas per actum suum tendit in obiectum suum secundum quod se habet in re. et ideo ex bonitate: et malitia rei volute actus voluntatis est bonus et malus: sed intellectus per actum suum tendit in rem secundum quod est in anima. Ratio autem et malorum et bonorum in anima bonum est. et ideo cognoscere malum et bonum in se bonum est. unde Boetius dicit quod notitia mali bono de esse non potest. sed malum accidit in actu intellectus ex indubita proportione intellectus ad rem ex eo. scilicet quod apprehendit rem aliter esse quam sit. Intelligere enim rem falso est malum. in actu intellectus: sicut verum est bonum eius. ut dicitur in vi. ethico: actus igitur intellectus sic malus non habet etiam eodem modo rationem culpe: sicut actus voluntatis qui inuenitur suo modo malus: quod ratio culpe primo in actu voluntatis inuenitur. In actibus autem intellectus et aliarum potentialium non nisi secundum quod sunt impati a voluntate. Ratio enim culpe in actu deformati est ex hoc quod procedit ab eo qui habet dominium sui actus. hoc autem est in homine secundum illam potentiam que ad plura se habet nec ad aliquod eorum determinatur nisi ex se ipsa quod tantum voluntati conuenit: potentie enim organum affire cogitur ad aliquem actum per immutationem organorum sine quibus in actum exire non possunt. Intellectus autem: quous sit potentia non affira organo: tamen cogitur ad aliquid ex ratione vel argumento: siue deficit ab aliquo in quod non potest ex defectu demonstrationis et intellectualis luminis. Voluntas autem potest de se in quodlibet quod apprehensum fuerit: nec ab eo per aliquam rationem videnter prohiberi potest: quod cum intellectus feratur in rem secundum quod res est in anima prout habet rationem veri indiget intellectus ad intelligendum rem aliquo medio lumine vel demonstratione per quod rem deducat in hoc quod ad intelligendum sibi sit proportionata. unde etiam per rationem potest necessario auertere alicui rei consentiar: sed voluntas ut dictum est fertur in suum obiectum secundum quod est in re. et ideo oportet ut aliquam operationem habeat in rem ad hoc quod fiat sibi proportionata: vel expoliando eam a materia: vel aliquid huiusmodi: sicut intellectus facit: sed directe in rem apprehensam secundum quod est fertur. et ideo non potest deficere quin feratur in quodcumque voluerit. neque alio quo prohibente neque per aliquem eius defectum. **C**ontra primum ergo dicendum: quod peccatum in cogitationibus potest esse dupliciter: vel in quantum cogitationes sunt: et sic non est in eis nisi peccatum vanitatis secundum quod intellectus deberet occupari utilioribus cogitationibus: et occupatur inutilibus: nec hoc in culpam imputatur nisi secundum quod actus intellectus natus est a voluntate impari: vel in quantum cogitationes propter delectationem rei cogitate queruntur: et sic potius est peccatum in delectatione rei cogitate secundum me moriam et speciem quam in ipsa cogitatione. Illa autem delectatio non est in intellectu: sed in concupiscibili et irascibili cuius est actus cogitatus. unde tale peccatum reducit ad idem genus ut fornicationis: et homicidii in quo est ipse actus peccati exteriori perpetratus. **C**ontra secundum dicendum: quod illa peccata operatio intellectus que est hominis secundum quod est homo non habet rationem meriti nisi secundum quod est a voluntate impata: sicut cum quis in contemplatione diuinorum meretur. Et similiter contrario non est culpa in actu intellectus errantis: et varia cogitantis nisi secundum quod actus eius est a voluntate impatus. **C**ontra tertium dicendum: quod peccatum de quo nunc loquimur quod rationem demeriti habet non opponitur virtuti quolibet modo accepte seruituti secundum quod est principium actus meritorii et remunerabilis: quous autem perfectio intellectus ut scientia et sapientia possit habere rationem virtutis ex hoc solo quod perfectio intellectus est opus eius bonum reddens secundum quod facit recte intelligere: non tamen habet quod actus eius sit remunerabilis: et meritorius nisi secundum quod est impatus a voluntate. **C**ontra quartum dicendum: quod infidelitas non est peccatum in intellectu existens nisi secundum quod actus intellectus est impatus a voluntate: sic enim: et fides in eo est: quod secundum Augustinum credere non potest homo nisi volens. sicut etiam nisi homo voluntate omittat quod facere debet in infidelitatem non incidet: quod si quod in se est faceret deus reuelaret sibi quod credere deberet. **C**ontra quintum dicendum: quod artes ille non sunt prohibite secundum quod tantus in cogitatione stant: sed per accidens in quantum sunt occasio peccandi secundum quod notitia artis disponit: et inclinat ad usum artis qui sine peccato esse non potest: et si etiam ipsa speculatio artis peccatum dicatur: hoc non erit nisi ex parte speculantis qui aliis intendere tenetur. si tamen per huiusmodi considerationem ab illis retrahatur.

Inde queritur quomodo homo naturaliter bonum velit. Et circa hoc queruntur duo. **Primo:** utrum homo velit bonum naturaliter.

Secundo: utrum idem motus sit quo homo vult bonum naturaliter: et quo vult malum.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod homo naturaliter bonum non velit. Illud enim quod naturale est idem est apud omnes: sed non omnes homines bonum volunt. ergo bonum velle non est eis naturale. **Conpreterea.** illud quod est naturale non assuescimus ut in secundo ethico dicitur: sed homo per assuetudinem efficitur habilior ad bona volendum. ergo bonum velle non est homini naturale. **Conpreterea.** illud quod est secundum naturam semper est in suo actu: et si deficit non deficit nisi in minori parte propter aliquod accidentale impedimentum: sed homo frequenter deficit a bona volendo. ergo non est sibi naturale. **Conpreterea.** secundum naturalia neque meremur neque demeremur: sed ex hoc quod aliquis bona vult meretur. ergo bona velle non est naturale. **Conpreterea.** illud quod est naturale non tollitur per peccatum: quod data naturalia etiam in demonibus integra manent

ut Dyo. dicit: sed per peccatū alienatur homo a voluntate bonorum. ergo velle bonum non est naturale. **C** Contra. Mat. quarto dicitur in glo. q. virtutes sunt homini naturales. et hoc dicit philosophus i. sex to ethicorum: q. s. m. virtutes aliq. inclinatur ad bonū volendum: ergo bonū velle est homini naturale.

quod est eligens prout fertur in obiectum primum quod in fine ultimo ordinatur. si consideret primo modo sic malitia voluntatis sufficit ad hoc quod actus malus esse dicatur: quod malo si ne agitur malum est non autem bonitas voluntatis intendens sufficit ad bonitatem actus: quod actus potest esse de se malus quod nullo modo bene fieri potest. Si autem consideret voluntas secundum quod est eligens: sic vltimè vix est quod a bonitate voluntatis dicitur actus bonus et a malitia malus ad bonitatem: enim consilium quod electionem precedit ut in vi. ethi. dicitur tria eriguntur vnum. scilicet quod consiliarius presertim sibi debet finem: quod si aliquis ad malum finem consequendum multas efficaces vias inueniat non dicitur bonus consiliator: sed quod ad finem bonum consequendum adueniat bonum opus per quod finem consequatur. vnde si quis bonum finem consequi intendat per malam actionem non est bonus consiliator: quod ut ipse dicitur fortitur finem incontinenti medio eo quod illud quod ad finem ordinat non est proportionatum fini illi sicut si alius veram conclusionem per medium impertinens concluderet. tertio requiritur ut ad inueniat verumque in tempore conuenienti ne sit preceps infestando vel est inutilis in tardando: sed hoc vltimum pertinet ad bonitatem consilii secundum quod consilium in ratione inquiret et inueniente est alia vero ex parte rei consiliatoris: cum igitur electio sit quasi conclusio ut in iii. ethi. dicitur quod ad bonitatem voluntatis eligentis concurrat bonitas finis et bonitas eius quod ad finem ordinatur: et si hoc sit perculdubio actus exterior: bonus erit: si autem aliter desit erit voluntas mala et actus malus. Ad primum ergo dicitur: quod arbor est ex qua immediate procedit fructus. vnde arbori comparatur voluntas secundum quod eligens: quod ex electione immediate sequitur opus. Ad secundum dicitur: quod secundum voluntatem dicitur actus exterior: bonus vel malus: sed non secundum voluntatem intendens solum: sed secundum voluntatem eligentem. Ad tertium dicitur: quod ad bonitatem rei non solum eriguntur bonitas finis vltimi quam respicit voluntas intendens sed et bonitas finis primi quem respicit voluntas eligens et ideo non sequitur quod bonitas voluntatis intendens ad bonitatem actus sufficiat. Ad quartum dicitur: quod bonum perfectius et potentius est quam malum: ideo ad bonum plura eriguntur quam ad malum: quod bonum consistit ex vna tota et perfecta causa: sed malum ex particularibus defectibus: ut dicitur. et ideo defectus voluntatis circa vltimum finem sufficit ad malitiam actionis: non autem bonitas finis vltimi sufficit ad bonitatem. Ad quintum dicitur: sicut ad secundum.

Tertium sic proceditur. Videtur quod actus exterior: nihil de bonitate et malitia addat supra bonitatem vel malitiam voluntatis. Primum per id quod dicitur supra Mat. x. i. glo. quantum intendis tamen facis. si igitur duo sint quorum vterque idem bonum intendat: et vnum exequatur: et alius non: vnde quod nihil de bonitate per actum exteriorem addat. Pre. Ber. dicit quod bona voluntas sufficit ad meritum: sed bona actio requiritur ad exsuperum et resonat ei quod phis i. x. ethi. dicit quod exteriores actus sunt ad manifestationem virtutis: sed absoluta et perfecta ratio bonitatis in actibus humanis est secundum quod sunt meritoria. ergo tota bonitas in actu interiori consistit: et ita per actum exteriorem nihil de bonitate vel malitia addit. Pre. hoc per bonas operationes in beatitudine et felicitate peruenit: sed beatitudo et felicitas humana fortune non subiacerit ut in primo ethi. phis. ergo nec fortuna de bonitate vel malitia operis aliquid auferre potest: sed actus exterior virtutis moralis potest impediri per fortunam ut in i. x. ethi. dicitur: ut per in paupere qui non habet. vnde actus liberalitatis exerceat: et in infirmo qui actus fortitudinis

exercere non potest. ergo actus exterior nihil addit vel diminuit de bonitate actionis humane.

Pre. quanto actio melior est tanto maius sibi premium debetur. sed tota quantitas premii mensuratur secundum quantitatem radicis. scilicet habitus actum informantis: cum igitur actus primo eliciat operationes intrinsecas: videtur quod in actibus interioribus tota efficacia meriti consistat: ita per exteriores actus nihil de bonitate accrescit. **P**reterea. si actus exterior addit aliquid bonitatis supra bonitatem actus interioris ergo quanto actus exterior maior fuerit: tanto homo magis merebitur: sed hoc falsum est quod patet ex domini sententia quam de vidua mittente duo era i ga sophilacium dedit: Luc. xxi. ergo actus exterior non addit bonitatem supra actum interiorum.

Contra. Si aliquid potest fieri per unum sicut per duo superfluum est duo ad illud inducere. si igitur equalis bonitas consistit in actu exteriori et interiori simul et in actu interiori tantum: videtur quod actus exterior superfluet et ita non oportet nos aliquid agere sed solum velle.

Pre. duplex bonum melius est: sed actus interior et exterior uterque bonitatem habet: uterque melior est quam aliter tantum. **R**espondeo. quod actus exterior et actus interior voluntatis hoc modo comparantur ad invicem quod uterque quod dicitur est alteri bonitatis causa et uterque quantum in se est quandam bonitatem habet quam alteri dat. Actus enim exterior bonitatem habet ex circumstantiarum commensuratione secundum quam proportionatus est ad finem hominis consequendum. et quia actus exterior comparatur ad voluntatem sicut obiectum. Unde est quod hanc bonitatem voluntatis actus interior ab exteriori habet: non quidem ex eo secundum quod est exercitus: sed secundum quod est intentus: et volutus: quod secundum quod est exercitus sequitur actum voluntatis: sed quedam ratione bonitatis consistit in actu interioris voluntatis secundum se: secundum quod voluntas est propria suorum actuus secundum quam bonitatem actus habet rationem meriti vel laudabilis: et hec bonitas ex actu interiori in exteriorem procedit. loquendo igitur de illa bonitate

quam voluntas actus exteriori prebet actus exterior nihil bonitatis addit dummodo voluntas equaliter ita sit: hoc pro tanto dico: quod quidam actus sunt delectabiles in quibus voluntas non potest esse: ita intensa ante actum: sicut est in actu: ut patet in actu fornicationis. unde non equaliter demeretur qui vult fornicari: et qui actu fornicatur: quod voluntas non potest esse a deo perfecta ante actum sicut est in actu. Quidam vero actus sunt difficiles in quibus voluntas remittitur in actu. et in istis voluntas potest esse magis perfecta ante actum quam in actu. si autem loquamur de bonitate actus quam actus exterior habet se habet sic actus exterior complet interiorum in bonitate vel malitia: sicut terminus motus complet motum. comparatur enim ut dictum est ad voluntatem ut obiectum et quod ad premium essentialia ordinatur actus per bonitatem primum quam habet a voluntate pur liberaliter redditur et ex amore: ideo actus exterior nihil adiungit ad premium essentialia nisi enim mereat qui habet perfectam voluntatem aliquod bonum faciendum quantum si faceret illud: et si facit unum actum quantum si faceret multos voluntate equaliter perfecta manente. Ad primum autem accidentale ordinatum per bonitatem que est ipsius actus exterioris secundum se. et ideo actus exterior adiungit aliquid ad premium accidentale. verbi gratia: martyr in quantum exteriori paritur victoriam de aduersariis fidei habet et ex hoc sibi aureola debetur. similiter etiam aliquis ex hoc quod

in actum exteriorum frequenter erit magis habilis tur ad bonum. et ex hoc sequitur quod in charitate crescat. Similiter per actum exteriorum puniuntur magis quam per voluntatem tantum. et ideo actus exterior adiungit in satisfactionem. et similiter in omnibus aliis que consequuntur bonitatem actus secundum quod exercitus est. **A**d primum ergo respondetur: quod cum dicitur quantum intendis tantum facis licet quantum potest esse aduerbium vel nomen. et si sit nomen tenet in malis. quia quantum aliquis credit vel intendit peccare tantum peccat. In bonis autem non: quia potest aliquis tepida voluntate intendere multum deo placere: nec tamen tantum placet. Et ratio huius differentie ex supradictis patet: quia plura eriguntur ad bonum quam ad malum. Si autem licet quantum sit aduerbium: sic verum est et in bonis et in malis secundum illam bonitatem et malitiam quam habet actus ex voluntate eligente: sed per actum exteriorum aliquid iniungitur quantum ad bonitatem: que est ipsius actus exterioris secundum se.

Ad secundum dicendum: quod dictum Bernardus. itel ligitur quando facultas operandi deest voluntate perfecta existente et loquitur tantum quantum ad essentialia premium: et non quantum ad accidentale.

Ad tertium dicendum: quod bona fortune ut in primo ethico dicitur organice deseruiunt felicitati. Et ideo non est inconueniens si accidentaliter ad felicitatem conferant et eorum defectus felicitatem impediant quantum ad aliquid felicitati accidentale.

Ad quartum dicendum: quod illud intelligitur de primo essentiali: quod secundum quantitatem radicis mensurantur cui non additur per actum exteriorum si sit perfecta voluntas: sed additur aliquid quantum ad premium accidentale.

Ad quintum dicendum: quod vidua illa plus aliis misisse dicitur: quod efficaciori voluntate illud dedit. unde de magis merebatur apud deum de premio essentiali quam illi qui maiora munera minori deuotione dabat: sed quantum ad premium accidentale illi poterant plus merere secundum quod per maiora munera plus satisfaciebant: vel etiam ministros tepidius plus ad orandum pro se prouocabant: vel quequid huiusmodi est quod actum exteriorum secundum se sequitur.

Ad sextum dicendum: quod voluntas tendit in actum exteriorum: sicut in obiectum. unde si affit facultas operandi non posset esse voluntas perfecta nisi operaretur. et ideo non est superfluum facere: quia sine actione: nec ipsa voluntas bona esset. Preterea actus exterior in precepto cadit: et iterum ad premium accidentale confert. **A**d septimum dicendum: quod bonitatem illam secundum quam actus exterior vite eterne meritorius est totum ex voluntate gratia informata habet secundum quod voluntarius est. et ideo non oportet quod supra bonitatem voluntatis perfecte aliquid adiungat ad meritum essentialia vite eterne pertinens.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod possit esse eadem actio bona et mala: quia ut in tertio philosophico dicitur idem motus qui est in agente est actio: et in paciente passio secundum substantiam ratione differens: sicut eadem est: via ab athenis ad thebas et dethebas ad athenas: sed contingit actiones esse malam et passionem bonam. unde dicitur actio dicitur splicitur. scilicet indeorum passio grata fuit. scilicet christi. ergo contingit eundem actum esse bonum et malum.

C Pre. in quinto physi. dicitur qd vnus motus est qui est continuus: et eadem ratione vna actio est que est continua: sed contingit in eadem continua actioe vel motu: vt in eundo ad ecclesiam: primo haberi bonam intentionem postea malam: et econuerso. Cum ergo ex intentione iudicetur actio bona vel mala: eadem actio potest esse mala et bona. **C** Preterea. primus motus est peccatum vt supra dictum est. sed qui resistit primo motui non peccat imo meretur. contingit atq; qd adhuc primo motu durante cum prius aliquis resistit postmodum resistat. ergo contingit circa eundem motum esse bonitatem et maliciam. **C** Preterea. sit ita qd aliquis dominus precipiat famulo elemosinas dare: et qd dominus bona intentione et ex charitate precipiat: famulus autem inuoluntarius et coactus det: constat qd datio elemosine illi: est actio domini et serui actio. scilicet dominus in illa datione meretur. famulus autem peccat. ergo contingit in eadez actione esse meritum et peccatum. **C** Preterea. ponatur qd aliquis in peccato mortali existens aliqua suffragia faciat pro defuncto in purgatorio existente: constat qd iste suffragia faciens sibi non meretur cum charitatem non habeat. sed illi qui in purgatorio existit meretur diminutionem pene vel plenam absolutionem. ergo eadem actio potest esse meritoria et non meritoria: et eadem ratione bona et mala. **C** Contra. Mat. vi. Nemo potest se duobus dominis seruire: sed per bonam actionem deo seruitur per malam vero diabolo: cum igitur vna sit actio que est vnius agentis: videtur qd non possit esse vna actio bona et mala. **C** Preterea. contraria non possunt esse simul in eodem: sed bonum et malum contraria sunt. ergo non possunt esse in eadem actione. **C** Ratio dicitur: qd cum vnum et ens conuertantur scilicet huiusmodi se habet ad esse: ita se habet ad vnitates: esse autem in re duplex esse considerare. scilicet esse quod est ipsius secundum se quod est esse primum et substantiale et esse superueniens: quod est secundum et accidentale. et ideo contingit qd aliquid secundum se consideratum est vnum: quod tamen secundum aliquid quod est sibi accidentale pluralitatem habet. verbi gratia: lignum continuum cuius vna pars est alba et alia nigra: ipsum quidem in se inchoat esse lignum est vnum: sed secundum illud esse quo est coloratum est multa et non continuu: cuius igitur actus exteriores participent bonitatem et maliciam morales: sicut quiddam superueniens et accidentale sibi in quantum tales actus sunt impati a voluntate: contingit aliquem actum huiusmodi esse vnum secundum se consideratum: et tamen esse multa secundum qd ad genus moris refertur: secundum qd moraliter bonus vel malus dicitur. et ideo bonitas et malicia nunquam possunt esse in vna actione secundum qd est vna: sed secundum qd est multa: et si contingat actionem illam esse vnam et multa. **C** Ad primum ergo dicendum qd cum actio sit in agente et passio in patiente non potest esse idem numero accidens quod est actio et quod est passio: cum vnum accidens non possit esse in diuersis subiectis. vnde etiam Avicenna dicit qd non est eadem numero equalitas in duobus equalibus: sed specie tamen: sed quod eorum differentia non est nisi penes terminos. scilicet agens et patientis et motus abstrahit ab vtroque termino. ideo motus significatur vt sine ista differentia: et propter hoc dicitur qd motus est vnus. et propterea vt supra habitum est meritum non est in passione secundum qd est passio: sed in operatione patientis qua passionem voluntarie sustinet propter deum quam operationem constat non esse eadem cum ope

ratione agentis. **C** Ad secundum dicitur: qd illa actio quod vnus sit vna in genere nature considerata: tamen secundum qd ad genus moris refertur est alia et alia secundum qd diuersa intentione et voluntate exercetur. **C** Ad tertium dicendum: qd primus motus non habet rationem culpe: nisi secundum qd aliquo modo est in potestate voluntatis. vnde quod diu voluntas non repugnat habet rationem peccati: sed quando voluntas iam repugnare incipit: tunc homo meretur: non quod ille motus primus sensualitatis sit meritorius cui res fit: qui tamen postquam sibi resistitur rationem peccati amittit. sed in ipso actu voluntatis resistentis meritum est qui non est idem cum primo motu sensualitatis. **C** Ad quartum dicendum: qd famulus dans elemosinam per imperium domini se habet sicut instrumentum illius domini. vnde philosophus dicit in octauo ethicorum: qd seruus est sicut organum animatum instrumentum autem motu: et constat qd alia est actio mouentis ipsum. et alia actio qua ipsum mouet aliud non enim secundum eundem motum potest esse idem mouens et motum: vnde alia numero est actio domini et serui. et ideo nihil prohibet vna esse bona et alia malam. **C** Ad quintum dicendum: qd de hoc duplex est opinio. quidam enim dicunt qd suffragia que facit in mortali peccato existens si opus operans consideretur non sunt meritoria nec agenti nec ei pro quo fiunt. Si autem consideretur opus operatum vt ipsum sacrificium vel aliquid huiusmodi sunt meritoria et pro quo fiunt et non operantur. et ideo non sequitur qd eadem operatio sit meritoria: non meritoria: quia operatio ipsa nullo modo meritoria est. scilicet quod efficacia suffragiorum mensuratur secundum charitatem eius pro quo fiunt: quantum valet vnicuique quantum meruit vt sibi valerent vt Aug. dicit. Ideo ab aliis verius dicitur: qd etiam ipsa operatio sine charitate facta valet ei pro quo fit virtute charitatis eius et non operantis: nec tamen sequitur qd illa operatio bona sit simpliciter scilicet qd est bona huic pro quo fit simpliciter enim bonum est: quod facienti bonum est vt in primo lib. dictum est di. et vi. nec est inconueniens qd aliquid simpliciter malum sit quod tamen alicui bonum esse vt ibidem dicitur.

D quintus sic proceditur. videtur qd aliqua actio a indifferentes inueniatur in actibus humanis. nihil enim potest esse medium inter bonum et malum nisi indifferens quod neque bonum neque malum est. sed bonum et malum sunt contraria mediata: vt in predicamentis dicitur. ergo aliqua actio est indifferens. **C** Pre. sine charitate non potest esse aliquod meritum. scilicet non est dicitur: qd non habet charitatem quolibet suo actu peccet vel demereat: quod consilium eis vt aliquos actus de genere bonorum faciant. ergo videtur qd aliquis actus sit qui neque est meritorius neque demeritorius: et sic idem quod prius.

C Pre. nullus actus vel voluntas bonitatem habet nisi referatur in finem dilectionis vt supra dictum est: scilicet contingit frequenter agere etiam quodam que secundum se mala non sunt que in fine dilectionis non referuntur. ergo huiusmodi nec bona nec mala erunt: et ita erunt indifferentia. **C** Pre. accedere ad mulierem quodam est actio nec de se bonitatem vel maliciam moralem dicit cum nulla circumstantia iste actus. sit vestitus secundum quam aliquis ordo rationis in eo appareat. ergo contingit atque actum indifferentem esse. **C** Pre. huiusmodi actus qui secundum suum genus indifferentes sunt: vt leuare festucam et aliquid huiusmodi non possunt habere bonitatem et maliciam: nisi ex intentione:

taz qui impantur a voluntate que consequitur deli-
 berationem rationis. actus autem qui sequuntur ap-
 prehensionem subite imaginationis: sicut confrica-
 tio barbe et aliquid huiusmodi dicentur hoc modo et
 differentes. nullus autem eorum qui voluntatem de-
 liberatam sequitur: indifferens erit: sed de necessitate
 vel bonus vel malus bonitate vel malicia civili:
 sed tamen actus bonitate civili perfectus non est sus-
 ceptibilis efficacie merendi: nisi in eo qui gratiam
 habet. et ideo in eo qui caret gratia indifferens est ad
 meritum et demeritum. sed in illo qui gratiam habet
 oportet vel meritum vel demeritum esse: quia
 sicut malus erit demeritum: sic etiam bonus erit me-
 ritum: quia cum charitas imperet omnibus virtu-
 tibus sicut voluntas omnibus potentiis: oportet quod
 quicquid ordinatur in finem alicuius virtutis: ordi-
 netur in finem charitatis: et cum omnis actus bonus
 ordinetur in finem alicuius virtutis: in finem chari-
 tatis ordinatus remanebit: et ita meritum erit: et sic
 comedere et bibere seruato modo temperantie: et lude-
 re ad recreationes seruato modo eutrapelie que me-
 dium tenet in ludis: ut dicitur. ii. ethicozum: merito-
 rium erit in eo qui charitatem habet qua deum vlti-
 mum finem vite sue constituit. Ad primum ergo
 dicitur: sicut dicit Lommen. in. r. methaphy. quod dicitur
 homo neque bonus neque malus quod non est susceptibilis
 bonitatis vel malicie civilis: sicut agrestis qui extra
 ciuilem vitam est: et per consequens actiones eius ne-
 que bone neque male sunt ciuilibiter in quantum non sunt
 ordinate ad civile bonum. Vel melius dicitur quod philo-
 sophus appellat malum non omnem actum inordinate: sed
 solum illum qui nocet et respectu alteri. vii. dicit in quarto
 ethi. quod prodigus qui causa iactantie sua inordinate expendit
 non est malus sed vanus: sicut de multis aliis viciis di-
 citur: et sic per ipse strictus accipit malum quod nos dicentes
 omnem actum inordinate malum. Ad secundum dicitur: quod quis
 extra charitatem non sit bonus meritorius: tamen ibi bonus alii
 quod vel ex circumstantia vel ex virtute ciuili. vii. non
 sequitur quod actus eorum qui charitate caret sint demeritorii
 vel indifferentes. Ad tertium dicitur: quod non solum actus
 charitatis est meritorius: sed etiam actus aliarum virtutum secundum
 quod gratia informatur: sed meritorii esse non possunt: nisi per
 quod reducunt in finem charitatis. non autem oportet quod semper
 actus in finem illum reducatur: sed sufficit ad efficaciam mero-
 di: quod in fines aliarum virtutum actu reducant. quod non inten-
 dit castitatem seruare etiam si nihil de charitate cogitet
 pueniat quod mereat si gratiam habet. ois autem actus in ali-
 quod bonum tendens nisi inordinate in illud tendat:
 habet perficere in bonum alicuius virtutis: eo quod virtutes suf-
 ficienter proficiunt circa omnia que possunt esse bona
 hominis: et ita patet quod ratio non procedit. Ad quartum
 dicitur: quod nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie ut
 in secundo topi. dicitur: et ita non contingit ad mulierem ac-
 cedere quod accedatur ad talem et tali tempore. et sicut secundum
 alias circumstantias: et ita quis sit indifferens dicitur actus
 consideratus secundum genus: non tamen secundum quod exercetur in actu
 indifferens est. Ad quintum dicitur: quod cum nihil ap-
 peratur: nisi in quantum est bonum: impossibile est quod
 finis ad quem ordinatur actio ex deliberatione sit in-
 differens: quia vel ratio decipitur et iudicat esse bo-
 num sibi quod non est bonum: et hoc non est nisi quando
 finis est malus discordans a rationis rectitudine quod
 nis habet quod desideratur forte sit bonum desiderari sed ali-
 quid sibi: ut secundum gustum: vel secundum tactum: delec-

tabile: vel est bonum simpliciter. et sic etiam actus ex
 fine erit bonus. Ad sextum dicitur: quod non sufficit om-
 nino habitualis ordinatio actus in deum: quod ex hoc quod
 est in habitu nullus mereat: sed ex hoc quod actu operatur
 nec tamen oportet quod intentio actualis ordinans in fi-
 nem vltimum sit semper coniuncta cuilibet actioni que
 dirigitur in aliquem finem primum. sed sufficit quod ali-
 quando actualiter ois illi fines in finem vltimum referan-
 tur: sicut sit quando aliquis cogitat se totum ad dei di-
 lectionem dirigere: tunc enim quicquid ad seipsum ordinat
 in deum ordinatum erit. Et si queratur quando oportet
 teat actum referre in finem vltimum. habet nihil aliud esse quam
 rere quod oportet habitum charitatis erire in actu: quod quoniam
 cumque habitus charitatis in actu erit: sit ordinatio
 totius hominis in finem vltimum: et per consequens oium
 eorum que in ipsum ordinantur: ut bona sibi: sed quod alii
 quos actus indifferentes ponimus: ideo oportet ad
 alia respondere. Ad septimum dicitur: quod habet quod dicitur: ois
 in gloria dei facit: potest intelligi dupliciter: vel affirma-
 tive vel negative. si negative sic est sensus: nihil con-
 tra deum faciatis: et hoc modo preceptum est: et sic pre-
 ceptum habet preteritum: vel per peccatum mortale quod contra
 deum est: vel per peccatum veniale quod preter preceptum
 et preter deum sit. Si autem intelligatur affirmative habet
 potest esse dupliciter: aut ita quod actualis relatio in deum
 sit coniuncta actioni nostre cuilibet non quidem in actu:
 sed in virtute: secundum quod virtus prime ordinationis ma-
 net in oibus actionibus sequentibus: sicut et virtus finis
 vltimi manet in oibus finibus ad ipsum ordinatis
 et sic adhuc preceptum est et contingit omissionem eius esse
 venialem vel mortalem sicut dictum est. Vel ita quod
 ordinatio actualis in deum sit actu coniuncta cuilibet
 actioni nostre: et sic potest intelligi dupliciter vel dis-
 tributive vel collectivie. Si distributive sic est sensus
 quacumque actionem facitis: melius est si eam actu in deum
 ordinatis: et sic est consilium. Si autem sumatur collecti-
 ue: sic est sensus: oia opera vestra ita faciatis quod nul-
 lum eorum sit: quod actu in deum ordinatis: et nec preceptum nec
 consilium est: sed finis precepti ad quod per implementationem precepti
 peruenit: sic. n. sancti in patria actus suos in deum
 referunt. Sciendum tamen quod qualitercumque affirmative ex-
 ponatur: non intelligitur nisi de operibus deliberate volun-
 tatis: quod illa tamen opera proprie nostra dici possunt ut di-
 cta est. Ad octavum dicitur: quod verba sunt immediatus
 effectus rationis. et ideo vni potest verbum preter delibera-
 tionem esse factum. Et propter hoc verbum ociosum
 magis est peccatum veniale quam factum ociosum. Sciendum
 tamen quod secundum Bre. ociosum est quod caret intentione pie voluntatis:
 aut ratione iuste necessitatis. vii. non omne verbum ociosum est
 ociosum si ad recreationem referatur: quod et in iocis contin-
 git esse virtutem eutrapelie: de qua philosophus in quarto ethi-
 corum determinat. Affectus tuus nomine operi tuo. Si
 vltimum intelligit operi de affectu eligere: et non solum in
 tendente ut dictum est. Ubi si deus non erat bonum opus non
 erat. i. meritorius: de hoc tamen in sequen. distin. Queretur: quod
 dicitur ois actus esse indifferens. Illi considerabant actus
 secundum rationem generis tamen: quod in actum actus est indifferens: et ge-
 neraliter sumptus ad bonitatem vel malitiam mora-
 lem: quis habeat bonitatem naturalem. Si tamen
 intelligebatur de actu particulariter accepto sic simpli-
 citer falsa erat ista opinio: sed hoc non videtur intellexisse:
 quia actionem particulariter acceptam dicebant esse
 coniunctam cuidam fini ex quo bonitatem vel mali-
 ciam habet: sicut furari vel aliquid huiusmodi. Aliis autem

aliis autem videtur etc. Isti accipiebant actus s; q ad aliquam spem determinantur: nō tamen secundū q sunt individuati. et qz aliqui actus ex specie sua habent bonitatem et aliqui maliciam: et aliqui neutrum: vt leuare festucam. Ideo distinguebant actus p tria genera. et quia illud qd inest alicui ex specie sua nunq recedit ab eo. id dicebant q actus q non sunt indifferentes sunt boni quacunq intentione fiant boni remanent. et sicut de malis intelligētes de bonitate ex genere vel ex specie actus non q actus qui erat bonus ex genere vel circumstantia si fieret mala intentione esset bonus simpliciter. sed quia bonus remanebat ex genere. Sed Aug. euidentissime docet etc. Hic ponitur tertia opinio: et hec accipit actum bonum vel malum simpliciter. et quia intentio mala sufficit ad h q actus sit malus simpliciter: non tamen intentio bona sufficit ad h q actus sit bonus simpliciter. ideo ex intentione sicut hanc opinionem iudicantur actus mali: non autem boni. et sic patet q quelibet harum trium opinionum sicut aliquid vera est. Qui crucifigendo xpm etc. intelligitur de minoribus deceptis fraude maiorum qui eum ex malicia psequerantur cognoscētes eum a deo venisse per signa que faciebat. Que tamen quidam contēnunt etc. h dicunt illi de prima opinione vel etiam de secunda: et accipiunt cām: non finem vltimum: sed sine primū qui malus est: sunt enim malo sine coniuncta vt bene fieri non possint.

Distin.

Quadagesimaprima.

An omnis intentio et actio eorum qui fide carent sit mala.

Ans Intentio vt supra dist. c. est bonū opus faciat: et fides intentionē dirigat: si imerito queri pot vtrū ois intentio omnes opus illoz malū sit qui fidem non habet. Si enim fides intentio nem dirigit: et intentio bonū opus facit: vbi nō est fides: nec intentio bona: nec opus bonum esse videtur. Quod a quibusdam non irrationabiliter astruitur: q dicūt oēs actioes et voluntates hoīs sine fide malas esse: que si de habita bona existūt. Vn apostolus ait. De quod si est ex fide: peccatū est. Quod Augu. exponens ait. Dis infidelium vita peccatū est. et nihil bonū est sine sumo bono. vbi deest agnitio veritatis eterne: falsa virtus est: etiam in optimis moribus: et Jacobus i epla canonica ait. Qui offenderit in vno. s. in charitate factus est oium reus. Qui ergo fidem et charitatem nō habet: omnis eius actio peccatū est: qz ad charitatem nō refertur. Quod enim ad charitatem nō refertur vt supra meminit Augu. non sit quemadmodum fieri oportet. Ideo qz malum est: non igitur mandata custodit: qui charitate caret: quia sine charitate nullum mandatorum custoditur. Unde Augu. super epistolam ad galatas ait. Custoditionem legis

dicit apostolus: non occidere: non mechari: et alia huiusmodi ad bonos mores pertinētia. que sine charitate: fide et spe impleri nō possunt. nullum ergo implet mandatum nullum que opus bonum facit qui fidem et charitatem nō habet. Impossibile enim est vt ait apłs sine fide aliquid placere deo: q ergo sine fide fuit: bona nō sunt: qz omne bonū deo placet.

Que premisse obiciunt sententie ex verbis Augustini.

Is aut obicit quod supra dicit Aug. s. q. i. seruili timore et si bonū fiat: nō tamen bene. nō nemo enim iustus bene facit: etiā si bonū est quod facit. Hic enim bonum dicit fieri: s; nō bene ab illo qui charitatem nō habet. Qui enim seruili timet: charitate vacuus est de quo tamen hic dicit: qz bonū facit sed nō bene. Quia etiā sup illū locū psalmi. Turtur inuenit sibi nidum vt vt. r. p. s. dicit qz iudei et heretici et pagani opa sua bona faciūt: qz vestiūt nudos pascūt pauperes et huiusmodi. sed nō in nido ecclesie. i. i. fide: et id est culcā puli eoz. Quibus illi rīdēt dicētes opa bona appellari huiusmodi q sine charitate fuit: nō qz bona sint quā sic fuit. quod supra euidenter docuit. Aug. sed qz bona essent: si aliter fierēt que etiā sui genere sunt bona: s; ex affectu sunt mala.

Altorum sententia de premissa questione qua querebatur si omnis eorum actio mala est q fidem nō habet.

Alij vero qui triphariā distinctionē faciūt actū: opa cuncta que ad nature subsidium fuit: semp bona esse astruūt. Sed qd Aug. dicit: mala esse si malas habeant causas: si id est accipiendū est quasi ipsa mala sint: sed qz peccat: et mali sunt qui ea malo fine agūt. Itē et illud alius. s. bonū opus intentio facit: et intentiones fides dirigit: determinant dicentes. ubi bonū vocatū quod remunerabile est ad vitam: non qz illud solum sit bonum opus: imo et alia plura: s; nō ea rōne qua illud: sint bona. bonū enim multipliciter accipitur. s. pro vtili: pro remunerabili. pro signo boni: pro specie boni: pro licito: et aliis forte modis. Solaqz illa intentio remunerabilis est ad vitam quas fides dirigit. sed nō sola illa bona est vt aiūt. Nā si quis iudeus vel malus christianus necessitates proximū reuelauerit: naturali pietate ductus: bonū fecit: et bona fuit voluntas qua illud fecit.

Hic ponitur quedam Aug. capitula que retractauit: nō quasi prae dicta: sed quo sensu dixerit insinuans.

Posthec inuestigari oportet qualiter
intelligendū sit qđ ait Aug. in lib. de
vera religioe: Usq; adeo igit peccatus
volūtariuz malū est: vt nullo modo sit pecca-
lum si nō sit volūtariū. huius dicti Aug. rō-
nes aperiēs i libro retrac. dicēs. Potest vi-
deri falsa hec diffinitio. s; si diligēter discuti-
atur: iuenietur verissima eē. pctm̄ q̄ppe illd̄ co-
gitādus est: qđ tm̄ modo peccatū est. nō qđ ēt
pena ē pcti. s; pctm̄ p̄mi hoīs qđ fuit pctm̄ r̄
causa: sed nō pena. Quis r̄ illa q̄ nō volūtaria
pctā nō imerito dicitur. q; r̄ a nesciētibus l̄
a coactis perpetratur: nō oimodo p̄it sine vo-
lūtate cōmitti. qm̄ r̄ ille q̄ peccat ignorās vo-
lūtate vtq; facit: qđ cū faciēdū nō sit: putat eē
faciēdū. Ille vero q̄ scupiscēte aduersus sp̄i-
tum carne: nō ea q̄ vult facit. scupiscit qđē no-
lēs: r̄ i eo nō facit qđ vult sed si vincitur con-
cupiscentie cōsentit volēs. r̄ in eo non fa-
cit nisi quod vult. r̄ illud quod in parulis
est origiale pctm̄ ex p̄mi hoīs mala volūtate
cōtractū ē. Nō itaq; falsū ē qđ diximus. vsq;
adeo pctm̄ volūtariū ē r̄c. Ecce qualiter illd̄
accipiēdus sit. s; de p̄mo pctō hoīs: vel de oi-
bus ḡnāliter peccatis mortiferis: quoz licet
quedā dicant nō voluntaria. q̄. s; p̄ ignorātiā
vl̄ p̄ infirmitatē sūt. eadē t̄m̄ rōne ea p̄it volū-
taria dici: q; sine volūtate nō cōmittunt̄.

Aliud capitulum.

Aliud ē intelligētia p̄quirēda ē: qđ i
lib. de duabus aiabus edidit inq̄-
rens. Nusq; nisi volūtate pctm̄ ē: qđ
in lib. retrac. plane determinat dicēs: pōt pu-
tari fl̄a esse ista snia qua diximus nusq; nisi i
volūtate eē pctm̄: cuz apl̄s dicat: qđ nolo hoc
facio r̄c. Sed pctm̄ qđ nusq; est in volūtate:
illd̄ p̄cipue intelligendū est qđ iusta dānatio
cōsecuta ē. i. p̄mū hoīs peccatus. In eodem
quoq; li. de duabus animabus ait. aliud tra-
dit cōsideratōe dignuz: ait enī. Nō nisi volū-
tate peccat̄. Ipsamq; voluntatē diffiniuit di-
cens. Volūtas est animi motus cogēte nullo
ad aliqd̄ vel nō admittendū vel adipiscendū
huius dicti cām aperiens r̄ intelligentiā pan-
dens in lib. retrac. ait. Hoc p̄pterea dictū est
vt hac diffōne volens a nolente discernere ē:
r̄ sic ad illos referretur intentio qui i parad̄-
so fecerūt originez mali peccādo nullo cogē-
te. i. libera volūtate. q; r̄ sciētes cōtra p̄cep-
tum fecerūt: r̄ ille tētatoz suavit vt hoc fieret nō
coegit: Nam qui nesciens peccauit nō icon-
gruenter peccasse nolēs dici potest. Quānis
r̄ ipse quod nesciens fecit: volens tamen fecit
Ita nec tale peccatum sine voluntate esse po-

tuit. sed volūtas facti ibi fuit: non voluntas
peccati. qđ tamen factum fuit peccatum: hoc
enim factum est: quod fieri nō debuit. Quis
quis autem sciens peccat: si potest cogenti ad
peccatum siue peccato resistere: nec tamen fa-
cit: vtq; volens peccat. q; qui potest resistere
nō cogitur cedere. Quapropter peccatus si-
ne voluntate esse non posse verissimū est. Ex
his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Qđ mala voluntas est volūtarium pctm̄.
I autem omne peccatum mortale vo-
lūtarium ē: cum volūtas peccatū sit
mortale: cōstat ipsam esse voluntariuz
peccatum. Quid enim vt ait Aug. tam in vo-
lūtate q̄ ipsa voluntas sita est. Volūtas ita
q; mala recte dicitur voluntarium peccatum
q; in voluntate consistit. Volūtas quippe
vt ait Aug. in eodem est prima causa peccati:
di: aut nullum peccatum est prima causa pec-
candi. nec est cui recte imputetur peccatum ni-
si peccanti. non est ergo cui recte imputetur:
nisi voluntati. hoc autem de peccato actuali
r̄ mortali intelligēdum est. Neq; his verbis
aliud voluit Aug. ostendere vt ipse ait in re-
tractationib;: nisi q; voluntas est qua pec-
catur r̄ qua recte viuatur.

Amq; intentio vt supra dictū est. Dñe
so q; ex finis intentōe vel volūtate act^o
exterior habz maliciā r̄ bonitatē. Hic de
terminat quāsdā qōnes circa p̄determina-
ta. Et diuiditur in partes duas. In
prima inquit de actu peccati per comparatōne ad
intentōes. In scda d̄ actu pcti inquit per op̄atōes ad
voluntatem. ibi. Post hec inuestigari oportet. P̄ri-
ma in duas diuiditur. In prima mouet questionem.
In secunda determinat eam. ibi. Et q; a quibusdam
non irrationabiliter asruitur r̄c. Et hec diuiditur in
duas fm̄ duas opiniones. Secunda incipit. ibi. Alii
vero qui trisariam r̄c. Circa primum tria facit. P̄ri-
mo ponit solutionem propositae questionis fm̄ vnā
opinionē. Secundo obiicit in contrarium. ibi. His
autem obiicit r̄c. Tertio ponit responsionem. ibi.
Quibus illi respondent r̄c. Post hec inuestigari op̄z
r̄c. Hic determinat de actu peccati in comparatione
ad voluntates. Et diuiditur in partes duas. In p̄ma
inquit de peccato in genere per comparationem
ad voluntatem. In secunda de illo specialiter pctō
quod in interiori voluntatis actu consistit. ibi. Si at
omne peccatum mortale r̄c. P̄rima diuidit i tres
fm̄ q; tres auctoritates Augu. ponit in materia ista
que dubitationem habent. Secunda ibi. Illius r̄ in-
telligentia p̄quirenda est r̄c. Tertia ibi. In eodem
quoq; libro r̄c. Hic est duplex questio. P̄rima de cō-
paratione actus ad intentōes. Secunda de com-
paratione peccati ad voluntatem. Circa primum
queruntur duo. P̄rimo vtrum fides intentionem dē-
rigat. Secundo vtrum aliquis actus in infidelibus

possit esse bonus: quorum intentio non est per fidem directa.

D primum sic proceditur. videtur quod fides non sit intentione speciei vniuersaliter dirigere. **D**iuersorum enim speciei diuersae sunt regule et mensurae: ut et. 10. methaphy. p3. q. q. mensura est homogenea mensurato: sed virtutes diuersae sunt secundum speciem ergo fides non potest dirigere in operationibus omnium virtutum. **C** Preterea. cuius est ordinare eius est etiam dirigere: quia directio est per ordinationem in finem: sed ordinatio est rationis. ergo et dirigere: et ita non indiget fide ad dirigendum. **C** Preterea. secundum Bernardum. prudentia est auriga virtutum: sed auriga officium est currum dirigere. ergo videtur quod dirigere pertineat ad prudentiam et non ad fidem. **C** Preterea. opus dicitur esse rectum secundum quod conformatur legi sed assentire legi pertinet ad iustitiam. unde et legalis dicitur a philosopho in quinto ethi. ergo videtur quod lex iustitiam dirigat. **C** Preterea. christus non habuit fidem. si igitur fides dirigat intentionem christus non habuit intentionem rectam: quod absurdum est. **C** Preterea secundum Tullium: virtus est habitus quidam in modum nature rationi consentaneus: sed quaelibet natura per se ipsam tendit in finem suum: sicut ignis per suam leuitatem sursum dirigitur: et terra deorsum. Ergo quaelibet virtus dirigit suum actum in finem. **C** Contra. Illius est dirigere: cuius est ostendere quod eundem est: sed hoc facit fides: quia fides est substantia sperandae rei. heb. ii. ergo fides est dirigere intentionem. **C** Preterea. a primo est rectitudo in omnibus aliis: sed fides est prima virtutum. si fides est intentionem omnium virtutum dirigere. **C** Respondeo. rectum dicitur esse cuius medium non erit ab extremis. actus autem considerat iter duo quod quasi sunt eius extrema. scilicet principium agens et finem intentionem. vni opere vel intentione reuertendo et dicitur secundum quod opus ab agere egrediens non pretergredit ordinem debiti finis. et id illius est dirigere cuius est in finem ordinare. sed ordinare in finem contingit dupliciter: vel ostendendo finem vel inclinando in finem. Ostendere autem finem rationis est: sed inclinare in finem est voluntatis: quia amor: in quo actus voluntatis exprimitur est quasi quoddam pondus aie secundum Augustinum. sed perfecte finem ostendere non competit rationi: nisi secundum quod est per habitum perfecta: sicut non competit perfecte inclinare in finem voluntati: nisi secundum quod est per habitum perfecta. finis autem humanorum actuum potest accipi dupliciter: vel finis proprius et proximus: vel communis et vltimus: et hoc est duplex: quia vel excedit facultatem nature: sicut felicitas futura in patria et in hunc finem ostendendo dirigit fides: et inclinando dirigit charitas sicut aliqua forma naturalis inclinat in suum finem. quia ad hunc finem non sufficit dirigere naturalis potentia: neque per se: neque perfecta per habitum naturalem vel acquisitum. et quia ad hunc finem cum sit vltimus sunt omnes alii fines ordinati: ideo fides et charitas debent dirigere intentionem vniuersalem in omnibus. in finem autem eodem proportionatum humane facultati dirigit ratio ostendendo perfecte per habitum sapientie acquisite cuius est actus felicitas contemplatiua: ut in. 1. ethi. dicitur: vel perfecta per habitum prudentie: cuius actus est felicitas civilis. inclinando autem virtus appetitiua sed quod est perfecta habitibus virtutum moralium. **C** Ad primum ergo dicitur quod diuersorum spirituum non potest esse idem regulas proprias: sed potest idem esse eorum: et sic fides dirigat intentionem ordinatam in finem vltimum. **C** Ad secundum dicitur: quod ratio non potest sufficienter dirigere ad hunc quod humana cognitionem naturalem excedat: in quod non sicut in finem vltimum omnes actus nostris ordinari. ideo oportet quod fides dirigat. **C** Ad tertium dicitur quod prudentia sufficienter dirigat ad finem illum quod est bonum hu-

manum: non autem ad finem qui est bonum diuinum quale est quod in patria promittitur. **C** Ad quartum dicitur: quod lex dirigit sicut ostendens qualis debeat esse actus proportionatus fini vltimo. non enim quilibet actus cuiuslibet fini proportionatus est ut supra dictum est. et ideo directio fidei que ostendit finem precedit directionem legis que docet actum: et ita etiam precedit directionem iustitiae que per modum inclinationis rectitudinem actus facit quam lex ostendit. **C** Ad quintum dicitur: quod in fide sunt duo. scilicet cognitio et enigma: vel obscuritas siue imperfectio. fides autem habet dirigere: non ratione obscuritatis sed ratione cognitionis. et ideo cum christus habuit perfectam cognitionem in eo fuit perfecte rectitudo intentionis. **C** Ad sextum dicitur: quod inclinatio naturalis in finem presupponit quoddam intellectum prestitutum sine nature et datam sibi inclinationem in finem vltimum: et ita etiam inclinationem moralis virtutis in finem precedit prudentia quasi ostendens et dirigens in finem: et sic singule virtutes inclinando dirigunt in fines primos: non autem in finem vltimum.

D secundum sic procedit. videtur quod nullus actus infidelis hominis bonus esse possit: quia ut dicitur in glo. Ro. viii. Omnis vita infidelium peccatum est: sed non potest esse simul peccatum et bonus actus. ergo nullus actus infidelis bonus est. **C** Preterea. omnis actus bonus est rectus: sed omnis actus rectus procedit ab intentione recta: cum igitur fides intentionem dirigat videtur quod vbi non est fides actus bonus esse non possit. **C** Preterea. de bonum deo placet et est sibi acceptum: sed vita infidelium non est deo accepta qui gratia caret. ergo in eis actus bonus non est. **C** Preterea. illud proprie dicitur malum quod caret aliqua perfectio quam natura est et debet habere. sed omnis actus humanus natus est in vltimum finem beatitudinis referri nisi sit per se malus: et debet in ipsum referri: ut ex dictis patet. cum ergo actus infidelium in vltimum finem non referatur in quem fides dirigit: ut dictum est: videtur quod omnis actus infidelium sit malus. **C** Preterea. infidelitas fidei opponitur: sed fideles per fidem diriguntur in finem alium: ergo infideles per infidelitatem in oppositum finem diriguntur. sed omnes actus fidelium sunt boni per hoc quod ordinati sunt in finem in quem dirigit fides. ergo eadem ratione omnis actus infidelium est malus. **C** Contra. Non est consilium nisi de bono sed infidelibus consilium: ut aliqua de genere bonorum faciant. ergo illorum actus non omnes sunt mali. **C** Preterea. nihil laudabile est vel laudatur nisi bonum: sed sancti ut Hieronymus et Augustinus. sepe laudant aliquos gentiles de aliquibus operibus. ergo aliqua opera ipsorum fuerunt bona. **C** Respondeo. dicitur: quod sicut in rebus naturalibus vna perfectio alteri super additur: sicut quedam res habent vnam illam et quedam duas: et sic deinceps: ita etiam in moralibus contingit in actu considerare aliquam perfectionem alii superadditam: ex quarum vnaqueque dicitur actus bonus: et si aliqua illarum perfectionum desit deerit bonitas que est secundum perfectionem illam: verbi gratia. omnis actus in quantum est actus habet quantum ad essentialem bonitatem secundum quod omne ens bonum est: sed in aliquibus actibus superadditur quoddam bonitas ex proportionem actus ad debitum obiectum: et secundum hoc dicitur actus bonus ex genere et ulterius ex debita commensuratione circumstantiarum dicitur bonus ex circumstantia: et sic deinceps quousque perueniatur ad vltimam bonitatem: cuius humanus actus est susceptiuus que est ex ordine in finem

ultimum per habitum gratie et charitatis. et ideo actus illorum qui gratiam et charitatem non habent hoc modo bonus esse non potest. et hec est bonitas secundum quam actus meritorius dicitur: sed subtracto posteriori nihilominus remanet prius: ut in libro de causis dicitur. unde quis ab infidelium actibus subtrahat ista bonitas secundum quam actus meritorius dicitur: remanet tamen bonitas alia vel virtutis politice vel ex circumstantia vel ex genere. et ideo non oportet quod omnis eorum actus sit malus: sed solum quod sit deficientis bonitatis: sicut quis equus deficiat a rationalitate quam homo habet non tamen ideo malus est: sed habet bonitatem deficientem a bonitate hominis. **C** Ad primum ergo dicitur quod cum dicitur omnis vita infidelium peccata est: non est intelligendum hoc modo quod omnis actus eorum peccatum sit: sed quod semper cum peccato vivunt: quod infidelitas est tale peccatum quo retento nullum aliorum dimittitur. Vel dicitur quod intelligitur de illis actibus ad quos ex sua infidelitate impelluntur: ut est adorare ydola: et abstinere a cibis prohibitis in lege quasi non sit eis licitum vesci: hoc videtur intendere apostolus.

C Ad secundum dicendum: quod fides dirigit intentionem in finem ultimum: sed ratio naturalis vel prudentia potest dirigere in aliquem finem proximam: et quod ille finis proximus est ordinabilis in finem ultimum etiam si actu non ordinatur: ideo in infidelibus quorum actus per vim rationis in talem finem diriguntur possunt aliqui actus esse boni: sed deficientes a perfecta bonitate secundum quam actus est meritorius. **C** Ad tertium dicitur: quod sicut aliquid precipit bonitatem: ita et deo est acceptum: et ideo actus illi enuntiantur deo accepti simpliciter qui meritorii sunt completam bonitatem habentes: sed tamen etiam actus alii secundum quod sunt boni ex gratia vel ex circumstantia deo placere: non tamen sicut remunerabiles eterno premio. **C** Ad quartum dicendum: quod non obligamur ad hoc quod quilibet actus actu dirigatur in finem illum in quem non potest nisi fides dirigere: quod precepta affirmativa non obligant ad semper quis semper obligent. et ideo non oportet ut actus infidelium qui in finem illum non est ordinatus semper sit peccatum: sed solum pro tempore illo in quo tenetur actum suum in finem ultimum referre. **C** Ad quintum dicitur: quod infideles non semper ex infidelitatis errore finem sibi prescibunt: sed aliquando ex vero et iudicio recto rationis. et ideo non oportet quod in quolibet actu peccent: sed tunc solum quando ex errore finem sibi prescibunt.

Et inde queritur de comparatione peccati ad voluntatem. Et circa hec queruntur duo. Primo, utrum omne peccatum sit voluntarium. Secundo, utrum omne peccatum sit in voluntate.

D primum sic proceditur. Videtur quod peccatum non sit voluntarium. Malum enim ut dicitur dicitur est preter voluntatem. obiectum enim voluntatis est bonum: sed omne peccatum est malum. ergo peccatum non est voluntarium. **P**roterea philosophus dicit in .iii. ethi. quod postquam aliquis est effectus malus per habitum non est in ipso malum vel non malum esse: cum igitur homo sit malus per peccatum et quod non est in homine non potest dici voluntarium videtur quod non omne peccatum sit voluntarium.

Proterea. quod est ignorantium non potest esse voluntarium: quod voluntas cognitionem presupponit: sed quedam per ignorantiam peccatur. ergo non omne

peccatum est voluntarium. **P**roterea. aliquid dicitur esse voluntarium propter hoc quod actus voluntatis transit in hoc quod voluntarius dicitur: sed in peccato omissionis non est necessarium quod sit aliquis actus voluntatis ut supra dictum est. ergo non omne peccatum est voluntarium. **P**roterea nihil quod est contra voluntatem est voluntarium: sed primus motus est contra voluntatem: quod patet ex hoc quod dicitur Ro. vii. quod enim nolo malum habeo ergo quod de primis motibus exponitur: igitur cum primus motus sit peccatum: videtur quod non omne peccatum sit voluntarium. **P**roterea. quod est per necessitatem originis tractatum non est voluntarium: sed aliud peccatum est huiusmodi. scilicet originale. ergo non omne peccatum est voluntarium. **C** Contra. nihil prohibetur nisi quod est in potestate eius cui sit prohibitio: sed peccatum omne prohibetur. ergo omne peccatum est in potestate peccantis: sed nihil est in potestate hominis nisi quod est voluntarium. ergo omne peccatum est voluntarium. **P**roterea. involuntarius ut dicit philosophus in .iii. ethi. non meretur penam: sed ignoscitur: sed omne peccatum meretur penam. ergo nullum peccatum est involuntarium. **R**espondeo dicitur: quod peccatum secundum quod habet rationem culpe non potest esse nisi in eo quod in potestate alicuius consistit: quod ex illo defectu qui in potestate eius consistit homo culpatur et vituperatur: non autem ex eo quod in potestate eius non fuit: ut si cecus nascatur. talis enim defectus magis ad misericordiam provocat quam ad vindictam. et quod potentia secundum quam nostrorum actuum domini sumus est: inde voluntas est quod omne id quod in potestate nostra constitutum est voluntarium dicitur. et ideo omne opus peccatum voluntarium esse secundum quod peccatum est culpa idem sunt: quod si peccatum largius accipiatur sic invenitur in omnibus que propter finem agunt: siue agant pro voluntate: siue per necessitatem nature cum eorum actus a fine debito obliquat: ut in secundo philosophi dicitur.

nam penam et temporalem. Quocumque finita sunt possunt habere aliquam proportionem adinuicem sed conuersio que est in peccato veniali finita est: et similiter que est in mortali. ergo proportionabiles sunt: sed secundum mensuram delectationis que ex parte conuersionis se tenet est quantitas pene Apoc. .xviii. quantum gloriificauit se in delictis etc. ergo et pena venialis debet proportionari pene mortalis: et ita non differunt secundum eternum et temporale. **C** Preterea. secundum quantitatem culpe est quantitas pene: sed ille qui peccat mortaliter non peccat infinito tempore. Quis in infinitum bonum peccet. ergo etiam non debet puniri eterna pena: sed dano infiniti boni ad tempus. Si dicatur quod punitur eternaliter: quia peccator in suo eterno. **C** Contra. quia multi sunt qui non toto tempore vite sue in peccato actu perdurant: sed dum peccant cogitant se quandoque a peccato actu recessuros. ergo talis secundum hunc in suo eterno non peccauit et ita non debet puniri eterna pena. **C** Preterea. nullus iudex nisi sit crudelis infligit penam quasi delectatus in pena: sed propter emendationem: quasi igitur deus est piissimus iudex non infligit penam pro peccato mortali nisi propter emendationem eorum quos punit: et ita videtur quod non in eternum puniat. Sed econtra videtur quod etiam veniali debeatur pena eterna: quia contingit quod aliquis toto tempore vite sue in peccato veniali perduret. Si igitur aliquis punitur eternaliter ut dicit Grego. quia in suo eterno peccauit: videtur quod talis eternaliter puniri debeat. **C** Preterea ponatur quod aliquis moriatur in peccato mortali et veniali constat quod iste statim ut moritur ad infernum descendit: cum ergo veniale non remaneat impunitum ibi punitur non tantum pro mortali: sed etiam pro veniali: sed pena inferni est eterna: quia in inferno nulla est redemptio. ergo peccatus veniale eterna pena punitur. **C** Preterea. sit ita quod aliquis ad perfectam etatem veniens in baptizatus in quam peccati pena reus teneri potest: et in primo instanti illius temporis venialiter peccet et moriatur constat quod ille pro peccato veniali punitur: non autem in limbo puerozum: quia pena sensibilis que veniali debetur non est ibi nec etiam in purgatorio: quod gratia non habet sine qua nulla purgatio peccati esse potest ergo punietur in inferno pro veniali: et ita veniale ad mortem eternam obligat: sicut et mortale. **C** Respondeo deo dicitur quod ratio quare mortale peccatum ad eternam penam obligat potest sumi ex tribus. Primo ex parte eius in quem peccatur qui est infinite magnus. scilicet deus. unde et offensa illius infinita pena digna est: quia quanto est dignior in quem peccatur tanto peccatus magis punitur. Secundo ex voluntate peccantis constat enim quod peccans mortaliter finem delectationis sue in eo in quo mortaliter peccat ponit ut etiam deum pro illo contemnat constat autem quod quicumque summum diligit aliquid sicut finem sue voluntatis ex hoc ipso vellet semper sibi adhereret. et ideo peccans mortaliter illo actu voluntatis quo peccatum mortale eligit: eligit peccato semper adherere nisi per accidens retrahatur: vel timore pene: vel aliquo huiusmodi: sed si inulte adherere posset semper adhereret. et ideo in suo eterno peccat: et propter hoc eterna pena est dignus. Tertio ex ipso statu peccantis mortaliter qui per peccatum gratia priuatur. unde cum sine gratia non possit fieri remissio culpe si in peccato mortali moriatur semper in culpa remanebit

cum; ulterius non sit gratie susceptibilis manere autem culpa semper est obnoxius pene: alias remaneret aliquid inordinatum in universo. et ideo talis in eternum punietur: peccatum vero veniale neque contra deum est neque in eo finis constituitur neque gratiam priuat. et ideo non debetur sibi pena eterna: sed tantum temporalis. **C** Ad primum ergo dicendum: quod conuersio mortalis et venialis peccati non sunt proportionales: quia per unam adheretur rei temporalit ut fini per aliam ut ei quod est ad finem. et hec duo non sunt proportionabilia: quia non sunt eiusdem generis proportio enim est commensuratio quantitatum eiusdem generis ut dicitur in quinto euclidis. **C** Ad secundum dicendum: quod ex hoc quod contra infinitum peccat debetur sibi pena infinita: non autem potest esse infinita acerbitate: quia in creatura finita non potest esse qualitas infinita: sed recompensatur per durationem infinitam: quia creatura rationalis durationis infinitum capax est: et quia actualiter peccauit debetur sibi non solum pena danti: sed etiam pena sensus. **C** Ad tertium dicendum: quod non dicitur in suo eterno peccasse: quia semper in actu peccati permanserit: sed quia in uno actu voluntatis adhesit peccato tali modo ut ei in eternum adhereret si impune posset. **Uel** dicitur: quod dicitur in suo eterno peccasse qui mortaliter peccauit: quia priuauit se gratia per peccatum mortale sine qua homo non potest a peccato liberari. et ideo ipse tentem se reddidit ad resurgendum. unde quantum in ipso fuit se obligauit ut in peccato in eternum permaneret. **C** Ad quartum dicendum: quod deus non in fligit penam eternam quasi in pena propter penam delectatus: sed quia delectatur in ordine iustitie sue cuius pulcritudo apparet in perpetua pena perpetue culpe. **C** Ad quintum dicendum: quod peccans venialiter non peccat in suo eterno: quia neque adheret peccato veniali ut fini: quia iam esset mortale neque etiam in potentem se reddit ad resurgendum. et ideo non debetur sibi pena eterna: quibus fortasse toto tempore vite sue in veniali permaneat. **C** Ad sextum dicendum: quod ille qui decedit cum mortali et veniali simul punitur in inferno pro veniali et punitur in eternum longe tamen minus acerba pena quam illa que est pro mortali. huius autem accidit veniali in quantum mortali coniunctum est quod gratia priuat sine qua nulla pena potest esse purgatiua et expiatiua. **C** Ad septimum dicendum: quod positio illa est impossibilis quod sic patet. si enim aliquid est sufficiens ad excusandum peccatum maius multo amplius sufficit ad excusandum minus sed imperfectio etatis excusat peccatum mortale ut puer nondum usum liberi. ar. habens peccati mortalis reus non habeatur etiam si actum faciat qui ex genere peccatum mortale sit. unde multo amplius excusat infantia ne peccatum veniale imputetur. et ideo non potest esse quod homo venialiter peccet ante illud tempus quo usum rationis habet: ut iam mortaliter peccare possit statim autem ut ad tempus illud peruenit vel gratiam habet vel in peccato mortali est: quia si facit quod in se est deus ei gratiam infundit. si autem non facit peccat mortaliter: quia tunc est tempus ut de salute sua cogitet: et ei operam det: et ideo positio est impossibilis. Si tamen ponatur per impossibile tunc talis punietur pena sensibili in inferno: et pena illa erit eterna: sed hoc accidit veniali in quantum est sine gratia. **C** A quedam dicunt unum esse peccatum aliud vero etc. **U**traque opinio est vera aliquo modo in

tellecta: quia si accipiatur voluntas coniuncta actui sic voluntas et actus exterior sunt unum peccatum. si autem sumatur voluntas separata ab actu sic sunt duo peccata numero: sed unum specie. **A**d quod illi etiam dicitur etc. preter istam responsionem que huius ponitur potest esse alia que in primo articulo posita est. **P**reterea queri etc. cum in peccato non solum sit actus et reatus: sed etiam macula videtur insufficienter procedere cum de macula mentionem non faciat. **S**ed dicitur quod macula est medium inter actum peccati: et reatum quia si effectus actus et fundamentum reatus. et ideo per extrema medium intelligitur. **H**ec unum est in aliquo peccato etc. **R**atio huiusmodi est: quia actus peccati inordinatus causat maculam et reatum. posita autem causa non potest effectus non esse. et ideo impossibile est ut simul dum actus peccati manet reatus trahatur sed quomodo hoc in originali esse possit supra dictum est. **D**uo enim sunt peccatorum genera etc. **H**ic dicitur ad ostendendum quod diuisio peccati in mortale et veniale non est uniuoci diuisio: quia sic mortale et veniale non est uniuoci diuisio: quia sic mortale veniale dicerentur due species peccatorum: sed est diuisio analogica: et propter hoc dicuntur mortale et veniale esse genera peccatorum quasi non coincidentia unum genus.

Ad autem peccatorum varias etc. **I**n parte precedenti determinauit magister quedam que requiruntur ad peccatum quasi partes integrantes ipsum. **H**ic determinat diuersas peccatorum diuisiones. **E**t diuiditur in partes duas. **I**n prima profequitur diuisiones que respiciunt peccatum in communi. **I**n secunda profequitur diuisionem peccatorum capitalium. **i**bi. **P**reterea sciendum est. vii. esse etc. **P**rima diuiditur in duas. **I**n prima ponit quasdam distinctiones peccatorum que sumuntur ex parte rei. **I**n secunda ponit quasdam que sumuntur ex parte nominis. **i**bi. **V**aria quoque appellatione etc. **C**irca primum tria facit. **P**rimo distinguit modos peccatorum penes motum siue radices. **S**ecundo penes actus in quibus peccatum consistit. **i**bi. **A**libi vero dicitur peccatum fieri etc. **T**ertio penes obiecta. **i**bi. dicitur quoque homo peccare in deum etc. **P**rimo sciendum est etc. **H**ic ponit distinctionem capitalium vitiorum. **E**t diuiditur in duas. **I**n prima enumerat capitalia vitia. **I**n secunda reducit ea in unum principium. **i**bi. ex superbia tamen etc. **E**t circa hoc tria facit. **P**rimo ostendit superbiam esse originem capitalium vitiorum. **S**ecundo obicit in contrarium: **i**bi. **H**ic autem ut obuiare etc. **T**ertio soluit. **i**bi. **S**ed vitium recte dictum est etc. **C**irca primum duo facit. **P**rimo ostendit superbiam esse principium omnium peccatorum. **S**ecundo assignat superbie species. **i**bi. **H**uius quatuor sunt species. **H**ic queruntur quinque. **P**rimo de distinctione peccatorum que sumuntur penes radices. **S**ecundo de diuisione peccatorum que sumuntur penes actum. **T**ertio de diuisione vitiorum capitalium. **Q**uarto de distinctione specierum superbie que in littera assignantur. **Q**uinto utrum peccatorum sic distinctorum possit esse equalitas in grauitate culpe

D primum sic proceditur. **v** quod inconuenienter a penes radices distinguantur peccata. **R**adix enim est similis fundamento: sed peccatum non habet fundamentum ut dicitur in glo. **M**at. vii. ergo non habet radicem. **S**ed penes radices non debent distinguuntur peccata. **C** Preterea radix arboris non est arbor. ergo radix peccati non debet esse peccatum: sed cupiditas ma

le incendens: et timor male humilians peccata quedam sunt. ergo inconuenienter radices peccatorum assignantur. **C** Preterea. timor et amore nascitur: sed illud ex quo nascitur aliquid potest dici radix eius. ergo amor est radix timoris: et ita oium que ex timore generantur: sic timor: contra cupiditate que est amor distinguui non debet tanquam radix opposita.

C Pre. quecumque pueniunt in aliquo vno non distinguuntur secundum illud: sed oia peccata in vna radice pueniunt radix enim oium malorum est cupiditas. i. **T**ymo. vltimo. ergo pnes radice peccata distinguui non debet. **C** Pre. Aug. dicit in li. de ciui. dei q sicur amor dei facit ciuitate dei ita nimius amor sui facit ciuitatem Babilonis sed quod est de genere peccatorum ad ciuitate Babilonis puenit. ergo oium peccatorum radix est vna. s. amor sui: et non ea que hic assignantur. **C** Pre. i. Jo. ij. dicitur omne quod est in mundo concupiscencia oculorum est: concupiscencia carnis: et supbia vite: et ex his oriuntur oia alia mala. ergo cum ista pretermittat hic non sufficienter radices peccatorum tangunt. **C** Pre. eccle. x. Initium ois peccati supbia. **I**te Ambro. dicit q ois peccatu est ex cotreptu: Aug. dicit q ois peccatu est ex errore. ergo peccata non videtur distinguui secundum radice: sed puenire in radice vna: et ite vbi ex predictis q radices peccatorum insufficienter in littera tangant. **C** Rñdeo dō: radix proprie in arboribus inuenit. i. peccatis autem et ramis sumptiue. vñ ois q ad similitudine radice in arboribus inueniat radix in peccatis. Radix autem arboris est ex qua arbor nutrimentu sumit p quod conualefcit et fructificat: ex eo autem peccatu conualefcit: ex qua homo ad peccatu inclinatur: h autem est bonu itētu ad quod peccas inordinate puerit: qz finis efficiēte mouet. vnde ois q ex pre conuersionis radix peccati assignet et dicat radix illud ex quo peccatu oritur: pot autem actus peccati oriri ex tribus vel ex alio actu peccati s; q supra. **x**vi. di. assignatu est vnu peccatu esse cas alteri: vel habitu corrupto eliciēte actū peccati: vel ex passione seu pronitate ad paciēdu ex corruptiōe nature consequēte. Actus autem peccati non ppe nomen radice s; quin potius ipse ex radice est. vñ origo peccati ex peccato similitur magis origini ramu ex ramo: similiter etiam habitus proprie acceptus non potest esse pma radix peccati: qz cum habitus peccati neq; sit naturalis neq; insulvs ois q per actum peccati sit acquisitus. restat ergo vt radix peccati dicatur in nobis vel passio aliqua vel pronitas ad passionem que ex corruptione originalis peccati consequitur: cum autem in bonis comutabilibus ad que homo inordinate conuertitur per peccatum sit quidam ordo secundum quod vnum est finis alterius semper aut ea que sunt ad finē sunt plura quam ipse finis ois vt quanto radix peccati sumit propinquior fini vltimo tanto inueniatur pauciores radices finis autem vltimus in amore commutabilem bonorum est ipse homo propter quem omnia alia querit. et ideo si radix peccati accipiatur ex parte ipsius peccantis erit vna: si autem sumatur ex parte eorum que pp seipsum peccans querit erunt plures. Similiter etiam appetitus circa bonum comutabile dupliciter se habet: vel sicut psequens id quod exterius sibi conueniens vel sicut fugiens malum sine noceum. Malum autem sicut non habet esse nisi vt p natio boni: ita etiam non fugitur nisi in quantum diligitur bonu. et ideo fuga mali reducitur ad desideriu boni sicut in causam primā. secundum h ergo sciendū q radices diuersimode a sanctis assignantur: qz passio que

est radix peccati vel est secundum inclinationem appetitus in id quod est vltimus finis bonorum comutabilium et sic amor sui ponitur ab Aug. Radix peccati vel secundum inclinationem appetitus in ea que propter hunc finem queruntur: et h dupliciter vel secundum inclinationem appetitus in bonum tantum propter quod malum fugitur vel secundum comparisonem appetitus ad vtrūq; secundum modo. s. secundum inclinationem appetitus in bonum comutabile: et malum oppositum sic sunt radices peccatorum que in littera assignantur. s. cupiditas male inflamans: et timor male humilians. Si autem primo modo h dupliciter vel secundum inclinationem appetitus in bonum exterius vniuersaliter: sic erit vna radix. s. cupiditas vel particulariter in diuersa bona que sunt triplicia: et sic erunt tres radices. s. concupiscencia carnis circa bonum delectabile sensus concupiscencia oculorum circa bona exteriora in vsu ordinata superbia vite circa bona secundum opinionem vt honor dignitas et huiusmodi. **C** Ad primū ergo dicendū: q peccatus non habet fundamentū ex parte illa qua auersio est: qz sic nihil est: sed ex parte auersionis qua aliqd est radicem habere potest. **C** Ad secundū dicendū: q timor et cupiditas secundum quod nominant actum peccati non sunt radices: sed secundum quod nominant passionem vel pronitatem ad passiones vt sumatur radix magis remote. **C** Ad tertiu et quartum et quintum et sextum patet responsio per ea que dicta sunt. **C** Ad septimum dicendū q omnia illa sumuntur ex parte auersionis et ideo proprie loquendo non habent rationem radice: qz nullus ad malū intendēs operatur: vt **D**yo. dicit hnt tñ rationē initiū propter quod dicitur q initiū omnis peccati est superbia: qz actus deficientis iniquitū deficientis est aliqd defectus peritēs initiū eē p defectus at iste pcedēs peccatu sit eē vel in rōne dirigente: et sic dicitur omne peccatum esse ex errore vt error sit idem quod ignorantia electionis secundum quam omnis malus est ignorans vt in tertio et hico: um dicitur vel est in voluntate imperante actum secundum quod non intente et solite inheret his que dei sunt: et sic est contemptus: et superbia secundum quam aliquis non curat subesse precepto vel precipienti: sic vnum peccatum est secundum rem auersio et conuersio differens secundum comparisonem ad diuersos terminos: ita etiam superbia h modo accepta secundum quod est initiū: et cupiditas secundum quod est radix sunt idem secundum rem et differunt ratione modo predicto. et propter h dicit Aug. x. superbia et cupiditatem non quasi duo mala: sed vnum malum esse.

D secundum sic proceditur. Videtur q secūda diuisio que in littera assignatur inconueniens sit: qz eiusdem generis eedem sunt prime differentie diuidentes: sed peccatum est vnum genus saltem analogicum. ergo inconuenienter tot variis diuisionibus distinguitur. **C** Preterea. affectio plus habet de ratione peccati quam cogitatio: quia ad cognitionem pertinet: sed ipse de affectione mentionē non facit igitur insufficienter diuidit. **C** Preterea. actus exteriores per membra exteriora exercentur: sed lingua est vnum de exterioribus membris ergo verbum quod per linguam profertur non debet diuidi contra peccatum operis quod est peccatum exterioris actus. **C** Pre. circumstantia actus non debet diuidi contra actum: sed consuetudo est quedam circumstantia peccati. ergo non debet diuidi peccatum consuetudinis contra peccatum operis.

Preterea, peccatum omissionis quedam spes peccati est, que sub nullo istorum membrorum pertinet, ergo diuisio est insufficientis. Alterius queritur de alia diuisione que est per obiecta, videlicet enim quod sit insufficientis quod in illis peccans peccare dicitur quod ex suo peccato ledit: sed deum peccando ledere non possumus: ut dicitur Job 35. Si peccaueris, quid ei nocebit: et si multiplicata fuerint iniquitates tue quod facies contra illum: ergo dicitur inconuenienter aliquis in deum peccare.

Preterea, illud quod est ratio diligendi non potest odio haberi: sed homo est ratio diligendi respectu sui ipsius: quod nihil homo diligit nisi in quantum est bonum sibi, sed nullus seipsum habere odio potest: sed in illum peccamus quem odio habemus, ergo nullus in seipsum peccat.

Preterea, peccatum charitati opponitur: sed in preceptis charitatis non datur distinctum preceptum homini de dilectione sui: sed includitur in dilectione dei et proximi, ergo non deberet poni vnus determinatus modus peccati ex hoc quod peccatur in seipsum.

Preterea, quicumque peccat in proximum peccat in seipsum et in deum, ergo peccatum in proximum non debet diuidi contra peccatum quod est in seipsum et in deum.

Preterea, queritur de alia diuisione que sumitur secundum nomina: quod sapientis non est de nominibus curare: sed theologus maxime sapiens est, ergo de diuisione peccatorum per nomina non se debet intromittere: sed eis uti ut plures vtuntur. **P**reterea, sicut delictum dicitur per hoc quod aliquid de relinquat ita peccatum dicitur per hoc quod ab aliquo aberrat, cuius abusus sit formalis in peccato a quo denominatur ergo videlicet differentia prima quam assignat nulla est.

Preterea per ignorantiam non solum conuenit peccare peccato omissionis: sed etiam transgressionis: cum ergo delictum proprie sonet omissionem: quod dicitur quasi delictum: videtur in competens esse illa expositio quod delictum exponitur quod per ignorantiam fit.

Respondeo ad id quod ista diuisio assignatur secundum gradus quibus fit progressus ad complementum peccati: gradus autem isti attenduntur secundum quod vnus actus alteri actui additur ad perfectionem peccati, unde oportet quod secundum gradus includat in se peccatum: et ita est quasi diuisio totius potestatiui: additio autem actus ad actum potest esse multipliciter: et secundum hoc sunt diuersi gradus in peccato, unde primus gradus peccati est: in primo actu peccati super quem alia additur: hic autem est actus interior, scilicet voluntatis: et hoc est primum membrum diuisionis, scilicet peccatum cogitationis, huic autem actui superadditur alius actus exprimens et designans hunc actum, scilicet actus locutionis et ideo hoc est secundum membrum diuisionis: iterum super actum locutionis additur actus exterior: quo membra corporis mouentur ad consequendum finem voluntatis: et hoc erit tertius gradus et tertium membrum quod est peccatum operis, quarto additur actus exterior actui exteriori: et hoc est ultimus gradus et quartum membrum, scilicet peccatum consuetudinis: quod cum per actum exteriorem non sit aliquis actus alterius generis oportet quod ultimus gradus peccati sit secundum multiplicationem huiusmodi actuum. **A**d primum ergo dicendum: quod diuisio alicuius potest esse multipliciter: vel sicut generis in species vel sicut subiecti in accidentia: vel etiam aliis modis quos Boetius numerat: diuisio ergo generis in species vel differentias primas non est nisi vna: sed diuisio subiecti in accidentia potest esse multipliciter secundum quod vni multa ac-

cidunt, ad id quod diuisio peccati in species suas essentialis est per oppositum virtutis: quod oportet quod sit secundum obiectum et quo specificatur peccatum: et virtus: et talis distinctio peccatorum hic non ponitur: sed ponuntur quedam distinctiones secundum aliqua peccati accidentia, et ideo non est inconueniens si sunt plures.

Ad secundum ad id quod in peccato cogitationis intelligitur omne peccatum quod in solo interiori actu consistit, et ideo includitur etiam affectio sine qua nullum peccatum est. **A**d tertium dicendum: quod quibus lingua sit exterius membrum tamen inter alia est magis propinquum interiori actui secundum quod congruit in locutione: quod locutio est signum interioris actus, et ideo quandam gradum habet in progressu peccati locutio inter peccatum cogitationis et operis. **A**d quartum dicendum: quod consuetudo est quedam circumstantia aggrauans peccatum et multiplicatione ipso rum actuum, et ideo in consuetudine est ultimus progressus peccati, et ideo non ponitur consuetudo quasi diuisa contra actum simpliciter: sed diuisa contra actum non consuetudinis: sicut est in diuisione totius potestatiui. **A**d quintum dicendum: quod secundum opinionem illorum qui dicunt quod in peccato omissionis requiritur aliquis actus interior vel exterior: peccatum omissionis includitur in peccato cogitationis locutionis et operis, et similiter secundum alios qui dicunt quod non requiritur ibi actus exterior: quod sic facere includit non facere: et sic de aliis ut supra dictum est. **A**d id quod ulterius queritur ad id quod sicut omnis virtus est iustitia quodammodo ut dicit philosophus, v. ethicorum: ita omne peccatum est iniustitia. Iniustitia autem ex hoc quod detrahatur alicui quod sibi debetur, et ideo iniustitia habet quasi duo obiecta, scilicet illud quod detrahatur: et hoc est proprie materia actus: et unde peccatum specificatur: et ille cui detrahatur: sicut homo cui per iniustitiam auferuntur res sue: et penes hoc obiectum sumitur hec peccati diuisio: quod homo aliquid debet deo sibi et proximo: deo debet amorem reuerentiam et huiusmodi: unde quando ab his deficit dicitur peccare in deum, sibi debet munditiam et ordinationem sui sub regimine rationis et huiusmodi: et quando in his deficit dicitur in seipsum peccare: proximo autem que debeat planum est: et quando in his deficit dicitur in proximum peccare: et idem est si contraria horum faceret. **A**d primum ergo dicendum: quod non dicitur homo in deum peccare quod deus in aliquo ledatur: sed quod deo subtrahit quod ei debet: et in quantum in ipso est: eius gloriam minuit quod eius hoc facere non possit.

Ad secundum ad id quod quilibet naturaliter seipsum amat, et ideo vnusquisque amat se quod se esse id quod secundum intellectum sunt quod ex hoc est homo homo, et ideo appetunt sibi ea que sunt bona secundum intellectum: et rationem vel dicere vel indirecte: quidam vero estimant se esse quod non sunt: et falso propter naturam sensibilem que exterius apparet, et ideo diligunt in se naturam sensibilem appetentes ea que sunt secundum sensum delectabilia: et quod huiusmodi sunt mala eis: et nocua sunt id quod vere sunt, ideo sibi ipsis nocent: et se adiungunt actu non affectu. **A**d tertium dicendum: quod hominem diligere se: nihil aliud est quam se deo velle vniri: quod homo se propter deum debet diligere, et ideo in dilectione dei includitur dilectio sui ipsius: non autem peccatum quod est in deum est ratio peccati quo homo in seipsum peccat, et ideo non est similis ratio utrobique. **A**d quartum dicendum: quod distinctio ista sumitur

fm illud in quod directe peccatur: sed quando aliquis peccat in proximum peccat quidem in seipsum et in deum: sed ex parte. Et similiter quando peccat in se peccat in deum et econverso. et ideo obiectio non procedit. **C** Ad illud quod ulterius queritur dicitur: quod ista divisio peccatorum que est secundum nomina attenditur penes ea ex quibus actus regulatur. scilicet precepta legis: et hoc dupliciter: quod vel secundum distinctionem preceptorum in se: et sic delictum respicit precepta affirmativa et peccatum precepta negativa: vel secundum quod diversimode peccans a preceptis deficit: quod vel deficit a preceptis secundum rationem per ignorantiam: et sic est delictum vel secundum voluntatem per contemptum: et sic est peccatum: et sic patet ratio duplicis expositionis.

C Ad primum ergo dicendum: quod sapienter bene curat nomina secundum quod expriment proprietatem rerum et non propter se: et quod ex diversis rationibus peccatorum essentielles eorum dicitur inveniuntur. ideo non sunt inconvenientis hanc divisionem ponere. **C** Ad secundum dicendum: quod quis peccatum nominat auersionem tamen proprie loquendo non nominat omnifensionem: sed magis acius auersioni coniunctum: differunt enim ommissio ab auersione: ommissio enim dicitur propter defectum actus debiti: sed auersio propter recessum a fine. **C** Ad tertium dicendum: quod qui ignoranter aliquid facit inmolentius foris. et ideo magis peccat in hoc quod cognitionem eorum dimittit que tenetur cognoscere quantum in hoc quod talia agit et propter hoc peccatum per ignorantiam delictum potest dici.

Tertium sic proceditur. Videtur incompetens esse divisio vitiorum capitalium que in littera ponitur: quod illud ex quo oriuntur alia et quod aliis peccatis principatur: videtur esse peccatorum caput: sed superbia ut dicit Gregorius est ex qua omnia peccata oriuntur: et est quasi regina omnium peccatorum. ergo ipsa sola debet dici vitium capitale vel saltem ipsa et auaritia ex qua alia oriuntur ut in littera dicitur. **C** Preterea capitale principale dicitur: sed quod imperfectam rationem peccati habet principale peccatum non est: cum ergo veniale imperfectam rationem peccati habeat videtur quod peccatum veniale non possit esse peccatum capitale: sed multa de istis vitiis que inter capitalia computantur et fere omnia quandoque sunt venialia. ergo in convenienter dicuntur capitalia. **C** Preterea capituli responderet membrum: sed vitia que ex istis vitiis hic numeratis oriuntur dicuntur a Gregorio filie et non matres. ergo ista vitia non debent dici capita: sed matres. **C** Preterea proverbia dicitur ser sunt que odit deus etc. Dicitur glo. quod numerantur ibi. vii. vitia capitalia: sed nullum eorum que ibi dicitur est aliquid eorum que hic numerantur. ergo vel quod sunt ad minus. viii. **C** Preterea non est aliquid vitium quod interdum ex alio oriri non possit si ergo capitale vitium est ex quo alia oriuntur: vel quod omnia peccata sint capitalia. **C** Preterea plura sunt vitia que virtutes: quod vni virtuti plura vitia opponunt: sed virtutes principales sunt. vii. tres theologice et quatuor cardinales. ergo peccata capitalia debent esse plura que vii. **C** Preterea fides est fundamentum virtutum: ut dicitur Romanus. xi: sed infidelitas fidei opponitur. ergo infidelitas debet computari inter vitia capitalia precipue propter id quod dicitur sapientia. viii. quod ifandorum ydolorum cultura ois mali principium est: et origo. **C** Rursus dicitur quod vitium capitale dicitur vitium ex quo alia vitia oriuntur: unde in hoc differt capitale peccatum a radice peccati quod capitale peccatum

est peccatum quod dicitur a radice: aut peccatum non est peccatum si proprie sumatur ut ex predictis patet. peccatum autem ex peccato oritur quatuor modis ut supra. 36. dicitur. dictum est. Unus modus est ex parte auersionis secundum quod gratia privatur qua privata homo in peccatum ruit: sed ista origo non est nisi per accidens: quod primum peccatum cum secundum sicut removens prohibens. caput autem nominat per se originem: et ideo per modum istum non potest dici proprie vitium capitale: alio modo ex parte auersionis secundum quod ex actu peccati reliquit hitus et ex hitu iterum procedit actus et secundum hanc originem non potest dici vitium capitale: quod hic non est origo peccati ex peccato directe: sed mediante hitu. Alio modo peccatum oritur ex peccato in quantum vnum peccatum alteri materia amini / stratur sicut luxurie gula: et quod res non habet esse secundum materia sed secundum formam: ideo non complete oritur peccatum ex illo peccato quod materia prefatur: et propter hoc nec adhuc hic inuenitur perfecta ratio capitalis vitii. Quarto modo oritur peccatum ex peccato quod ordinatur in finem illius: sicut cum quis ad habendum pecuniam furatur: furtum ex auaritia nascitur et quod in moralibus species est a fine: ideo hec est formalis et complete origo peccati ex peccato: et secundum hanc originem proprie dicitur vitium capitale et saluat ibi metaphorice capitis secundum quod principem alicuius exercitus caput in exercitu dicimus: quod princeps est exercitus ad cuius bonum totus exercitus ordinatur ut ex. xi. methaphorice: et per hunc modum illud vitium ad cuius finem alia ordinantur caput eorum dicitur. Et ideo Gregorius ponit vitia capitalia quasi duces exercitus: et alia vitia que ex eis oriuntur ponit exercitus eorum exponens illud Job. 39. audit clamor ducum et ululatum exercitus: et quod finis semper est magis appetibile eo quod est ad finem: ideo oportet ut illa peccata precipue capitalia dicantur in quorum fines appetitus corruptus magis natus est tederere. huiusmodi autem sunt peccata illa que sunt principalia obiecta sensibilibus potestatis sunt: quod ex corruptione sensualitatis peccata in nobis oriuntur. appetitus autem sensibilis in duas vires dividitur. irascibile et concupiscibile. concupiscibile autem obiectum est delectabile et conveniens secundum sensum. et ideo peccatum capitale quod in concupiscibile est vel ex hoc quod inordinate desiderat delectabile secundum sensum vel ex eo quod inordinate fugit impedimentum huiusmodi delectationis. Si primo modo hoc est dupliciter vel ex eo quod appetitus tendit in id quod est ordinatum ad delectabile sensus cuiusmodi sunt bona exteriora: et sic est auaritia vel ex eo quod appetitus inordinate tendit in ipsum delectabile sensus: perfecta autem delectatio secundum sensum est secundum tactum et gustum prout est tactus quod dicitur: quod est secundum applicationem ipsius rei ad sensum. et ideo circa delectabile tactus absolute est vnum vitium capitale. scilicet luxuria: et circa delectabile gustus prout est tactus quiddam est aliud. scilicet gula: sed ex eo quod fugitur inordinate impedimentum delectationis sensibilis est accidia que est redium spiritualis boni secundum quod impedit delectationem aliquam dissolutam: obiectum autem irascibile proprie est arduum vel magnam aliquid in quod homo vitiosus. ergo capitale peccatum in irascibile potest esse dupliciter vel ex eo quod irascibile inordinate fertur in arduum: et sic proprie est superbia vel inanis gloria: vel ex eo quod contra tendit ad id quod est arduum impedimentum: sed hoc potest esse dupliciter: quod illud impedimentum contra quod tendit vel impedit directe in contrarium agendo sicut impugnans aliquem impedit promotionem eius: et sic est ira que est appetitus in vindictam vel indirecte: et sic est invidia que est dolor alieni boni secundum quod illud bonum estimatur impeditum proprie excellentie. **C** Ad primum ergo dicendum quod auaritia siue cupiditas tripliciter dicitur

Uno enim modo nominat passionem vel pronitates ad passionē ex originali relicta: et sic nō ē peccatū: sed radit peccatū. Alio mō s; q; dī inordinatus appetitus cuiuslibet boni cōmutabilis siue scie siue honoris siue pecunie siue cuiuscūq; et sic auaritia vel cupiditas est genus oīum peccatorū. vnde super illud ad Ro. vii. cōcupiscētia nescieba et. glo. bona est lex: q; dūz cōcupiscētia prohibet oīa mala prohibet. Tertio dicitur auaritia vel cupiditas s; q; est inordinat⁹ appetitus rex exteriorū que ad vsum vite pertinent et sic est quoddā spāle peccatū. Similiter etiā supbia tribus modis dicitur. vno mō ipse bitual cōtemptus pcepti et pceptis ex corruptiōe nature. pueniēs vel ex quocūq; defectu creature: et sic nō ē peccatum: sed intuitū peccatū. Alio mō dicit appetitus excellētie in quibuscūq; q; quicūq; appetit aliqd ordiate vult quodāmodo excellere in illo: iō hoc mō supbia ferē ad oīa peccata cōe est s; q; est desideriu cuiuscūq; excellētie. Tertio mō dicitur s; q; est inordinatus appetit⁹ illi⁹ excellētie determinate cui debetur honor et reuerentia: et sic ē spāle peccatū. dō est ergo q; sumēdo p dūno mō superbiaz et cupiditatē ex eis oriūtur oīa vitia: sicut ex radice vel initio: et non sicut ex peccato capitali loquēdo de vtroq;. Secūdo mō oriūtur ex eis oīa peccata: sicut spēs ex genere: loquendo at de eisdem. Tertio mō sic oriūtur ex eis quedā spālia vitia: sed interdū ex eis oīa vitia possunt oriūri: et frequentius ex aliquo eoz oriūtur oīa q; ex quouis alio vitio: cuius rō est contrarietas obiectoz ipsoz quia obiectū auaritiē. s. pecunia pmittit sufficiētiam in oibus que sunt hōi necessaria: et iō facillime affectus inclinatur in hoc: similiter et excellētia q; est obiectum supbie videtur esse magis propinquū bonū ipi hōi. et ideo appetitus facile inclinatur in illam et etiā magis q; in auaritia: q; pecuniā nullus diligit nisi pp aliud quod ex ea consequi intendit vt in pmo ethi. dicitur: sed excellētia ē qōdam ppter se desideratū. Ad secūdū dō: q; q; vitia veniale peccatū non hēat principalitatem in ratione peccati potest tñ habere principalitatem in fine ad quē alia ordinantur. et iō nī hīl prohibet veniale peccatū esse capitale vitium. Ad tertiu dō: q; vniū vitii dicitur caput alterius s; q; aliud vitium ex eo oriūtur. et ideo q; in noie filiaridōis magis exprimitur origo q; in noie membri: ideo potius vitia ex hīs generata dīr filie q; mēbra et vitium ex quo generatur dicitur potius caput p modū originis vt dictum est. Ad quartum dō: q; vitiiū capitale ibi sumitur vitiiū graue qd pena capitis plectendū est. et ideo equiuocatio est de capitali. Ad quintum dō q; q; vitia quodlibet vitiiū ex quolibet possit oriūri tamen quedam vitia sunt in que hō facilius inclinatur etiā per se et illa ponuntur capitalia vitia: et quedam vitia sunt in que non facile inclinatur oēs nisi pp finem alterius vitii: huiusmodi dīr esse filie capitalium vitioz: et s; q; directius potest reduci in finem vnius vitii q; alterius s; hoc q; vnum vitium assignatur potius filia vnius capitalis quaz alterius: q; vitia ex diuersis interdū oriūtur. Ad sextum dicendum q; plura sunt vitia q; virtutes non tamen oportet q; plura sint vitia capitalia q; virtutes principales: quia circa vnam materiam in qua ē virtus possunt esse diuersa vitia: sed tamen non omnia habent principale obiectum in quod facile animus inclinatur. Ad septimum dicendum q; fides est fundamentum in quantum habet in se rationem cogni-

tionis: quia ex cognitione affectio quodāmodo generatur: sed infidelitas est priuatio cuiusdam cognitionis. et ideo per se non potest causare affectionem: sed per accidens sicut remouens cognitionem que prohibebat peccatū per modum quo ignorantia est causa peccati: et hoc modo dicitur ydolorum cultura omnium maloz origo esse: sed ipse non est modus quo alia vitia ex capitalibus oriūtur vt dictum est.

Quartum sic proceditur. Videtur q; inconuenienter species superbie assignentur. Crede enim aliquid quod est contrarium articulo fidei est peccatum infidelitatis: sed omnia bona eē a deo cōtinetur in articulis fidei: vt patet in simbolo vbi dicitur factū: visibilibus et invisibilibus. ergo videtur q; cum quis sibi tribuit bonum quod habet: et non a deo recognoscit q; sit infidelitatis peccatum: et non superbie. Preterea. nullus peccat credēdo quod verū est sed verū est multa bona homini pro meritis dare. ergo videtur q; non sit peccatū superbie credere aliquid sibi pro meritis a deo datum esse. Preterea. vnum non potest esse contrarium duobus: sed phylsophus ponit iactantiam contrariam virtuti que dicitur veritas in. iiii. ethi. ergo non contrariatur humilitati: et ita non est species superbie sicut in littera dicitur. Preterea. ille cui omnia videntur parua omnia despicit: sed magnanimo oīa parua videntur vt phylsophus in. iiii. ethi. dicit. ergo magnanimo est alia despiciere: sed illud quod est virtutis non est superbie. ergo nō est species superbie q; homo ceteris despectis singulariter velit videri.

Preterea. ingratitude et inobediētia et multa alia vitia species superbie assignantur. ergo cum de hīs non fiat in littera mentio videtur q; insufficienter assignentur species superbie. Respondeo dō: q; s; phylsophus rectum est iudex sui ipsius et obliqui vt dicitur primo de anima. et ideo ex virtute iū cognitionem vitii oppositi procedendum est: quia vero opz vt vitium illi virtuti opponatur: cum quo in obiecto eōdicat: sicut luxuria castitati obiectum autē superbie est altū vel arduum: ideo oportet q; magnanimitati opponatur cuius est in magna tendere. Sciendū at q; magnanimitas mediocriter tēdit in magna: s; hec mediocritas non attenditur s; quantitatē eius in quod tendit: quia hoc in quod tendit magnanimus est maximum quāticūq; potest esse: sed attenditur mediocritas in duobus. s. in electione magni: et in pportione sui ad magnū. In electione magni dico: q; tendit in id quod est magnum: simpliciter q; est. s. ac tus virtutis pfect⁹: nī autē tendit principali in id qd est magnum s; quid sicut sunt exteriora bona inter que precipue magnum est honor non enim magnanimitas honorem querit tāq; finem voluntatis sue: q; h nimis sibi paruum reputat: cum sit vanum et transitorium bonum. vnde non multum curat honorari: sed fieri honore dignum s; q; honor est testimoniū virtutis. Item mediocritas attenditur in hoc q; nō tēdit in quocūq; magnum quod sibi in proportionatū sit: sed in magnum quod potest sibi esse proportionatum. et ideo nullus potest esse magnanimus nisi virtuosus qui est habilis ad magna. Et propter h etiam phylsophus dicit q; magnanimitas est ornamentū virtutum omnium: quia magnanimitas inclinatur ad faciendum magna in omnibus virtutibus vt q; faciat maximos actus fortitudinis temperantie et huiusmodi: et s; hec duo inanis gloria et superbie sunt op-

posita magnanimitati: quia inanis gloria non tendit in id quod est magnum simpliciter: & q magnanimitas per se querit: sed in magnum exterius vt in laudem vel honorem: vel aliquid huiusmodi. superbia vero tendit in magnum simpliciter: sed non sicut proportione suam. & ideo qz actus fortitudinis est maxime arduus & difficilis propter hoc superbus precipue anhelat ad superhabundantiam fortitudinis. & ideo dicit philosophus in tertio ethi. q superbus vult videri audax. Sed autem tendit in aliquid magnum non sibi proportionatus potest contingere dupliciter aut qz illud simpliciter sicut & absolute deficit sibi & hz b est tertia species que iactantia dicitur: aut qz qzuff habeat non tamen habet eo modo excellenti: sicut nititur. Iste autem modus excellens est duplex sicut duplicem modum quo aliquid est in causa excellentius qz in causato. Causa enim habundantius & perfectius habet aliquid qz causatum sicut ignis calorem qz elementata: & sicut hunc modum excellentie est quarta species: qz vult singulariter videri. Item qz est causa si habet ab alio: sed a se in quantum est causa h quod in effectu ab alio est: & h sunt due prime species superbie: qz sicut primam speciem superbie attribuit sibi hoc quod habet tantum non ab alio sibi sit datum sicut autem secundam attribuit sibi sicut cause meritoze. Ad primum ergo dicendum: qz peccatum superbie non est in sola cogitatione: sed in affectione non enim superbus h credit qz aliquid bonum sit quod si est a deo: sed hoc modo se de bono quod hz magnificat ac si ab alio non haberet. Ad secundum dicendum qz merita nostra insufficientia sunt ad ea que pro merito redduntur. & preterea ipsorum meritorum non solus causa sumus nos: sed principalis causa est gra que a deo tantum est. Ad tertium dicendum: qz iactantia sicut qz dicit quaedam exteriori ostensionem per verba vel gestus eius quod intus non habetur e opostum veritati: sed sicut qz iactantia dicit quaedam excellentiam qua animus hominis seipsum extollit interius de eo quod non habet opponitur humilitati: & est species superbie. Ad quartum dicendum: qz magnanimo omnia parua videntur: no qz bona alio: despitiat: sed qz nihil est in humanis actibus qz tantum in solitum admiretur: cum cogitatio sua sit ad faciendum maxima queqz propter qd dicit philosophus qz magnanimus non est admiratiuus. Ad quintum dicendum qz inobedientia & ingratitude non sunt species superbie quasi essentialiter superbiam diuidentes: sed dicuntur superbie species in quantum precipue aliquid superbie sicut qz a superbia impanf.

